

*MASTER  
NEGATIVE  
NO. 91-80275-19*

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the  
“Foundations of Western Civilization Preservation Project”

Funded by the  
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from  
Columbia University Library

## COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

*AUTHOR:*

FRANKE, FRIEDRICH

*TITLE:*

FR. FRANKII PROLEGO-  
MENA IN DEMOSTHENIS

*PLACE:*

MISENAE

*DATE:*

[1846]

Master Negative #

91-80275-19

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES  
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88DD  
Z8  
v.15

Franke, Friedrich, 1805-1871.  
... Fr. Frankii Prolegomena in Demosthenis  
orationem De falsa legatione. Misenaë, ex  
officina C. E. Klinkichtii [1846]  
36 p. 25 cm.

At head of title: Memoriam anniversariam ...  
Scholae Regiæ Afranæ ... MDCCCXLVI ...

28997

Restrictions on Use:

-----  
TECHNICAL MICROFORM DATA



FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 14  
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB  
DATE FILMED: 1977 INITIALS 78 B  
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



**AIM**

**Association for Information and Image Management**



1100 Wayne Avenue, Suite 1100  
Silver Spring, Maryland 20910  
301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIM STANDARDS  
BY APPLIED IMAGE, INC.

18957

Demosthenes  
de falsa legatione

88.D.17  
281

**MEMORIAM ANNIVERSARIAM**

DEDICATAE

ANTE HOS CCCHII ANNOS

**SCHOLAE REGIAE AFRANAE**

D. II. IUL. MDCCCXLVI.

H. L. Q. C.

PIE CELEBRANDAM

INDICIT

**FRIDERICUS FRANKE**

DR. PHIL. ILLUSTRIS AFRANEI RECTOR ET PROFESSOR I.

*Frankel, F.*

Praemittantur

**FR. FRANKII** *Prolegomena in Demosthenis orationem de falsa legatione.*

**MISENAE,**

EX OFFICINA C. E. KLINCKERTII ET FIL.

1896

0-113, 172, 182

Demosthenis Aeschinisque orationes de falsa legatione dictaene coram iudicibus fuerint necne, dubitatum est. dubitavit certe Plutarchus (Dem. XV.), non certis ille quidem argumentis usus. sed coniectura, quod neque Aeschines neque Demosthenes quum de corona dicerent illam caussam in iudicio actam esse claris apertisque verbis commemoraverit: ὁ δὲ καὶ Ἀισχίνος τῆς παραπρεσβείας ἕδωλον εἰ λέλεκται καίτοι φησὶν Ἰσομενῆς παρὰ τριάκοντα μόνως τὸν Ἀισχίνην ἀπογεγεῖν. ἀλλ' οὐκ ἔοικεν οὕτως ἔχειν τέληθες, εἰ δὲ τοῖς περὶ στεφάνου γεγραμμένοις ἐκατέρων λόγοις τεκμηριωθῆαι μέμνηται γὰρ οὐδέτερος αὐτῶν ἐναργῶς οὐδὲ τραυῶς ἐκείνου τοῦ ἀγῶνος ὡς ἔχει δίκης προελθόντος. ταῦτα μὲν ὅν ἔτεροι διακρινοῦσι μᾶλλον. Eiusdem dubitationis mentio et in arg. Aeschin. II. p. 185. sq. Reisk. facta est, sed ita, ut neque argumenta ulla proferantur, et ii, qui actam caussam esse et Aeschinem Eubuli opera et contentione absolutum tamen non omnem prodictionis suspitionem a se removisse narrarunt, propius ad veritatem accedere videantur\*), et in schol. ad §. 156, 6. p. 321. R. \*\*) et apud eum scriptorem, qui vitas decem oratorum composuit, qui quod caussam cur res in iudicium non venerit a clade chaeronensi repetitam narrat p. 840. c. \*\*\*), nisi id ipse commentus est, satis superque perver- sitatem auctorum suorum demonstravit; ceterum ipse non dubitavit quin illa caussa in iudicio acta fuerit: ἐπιτόξενον ἄλλας τε πρεσβείας πολλὰς καὶ πρὸς Φίλιππον ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, ἐφ' ἣ κατηγόρηθη (sic e Phot. Bibl. p. 490. Bk. rescribendum est pro κατηγορήθεις ἐπὶ Δημοσθένους ἀγγημένον τοῦ Φωκῶν ἔθρους κτλ. ἀλλὰ συν-

\*) Ἐπὶ μὲν ὅν φησὶ γεγραμμένοι μὲν τοὺς λόγους ἀμφότεροι, οὐ μέντοι γε βεβαιῶσαι οἱ δὲ καὶ ἐπιτόξεναι φησὶ καὶ ἀναδιεικνύναι τὴν Ἀισχίνην ταύτοια ψήφους ἄλλους, ὅπως αὐτοὶ ἀπογεγεῖν Ἐυβούλου αὐτῷ τοῦ Δημοσθένους συνεγνωσμένοι. οὐ μέντοι παρὰ τῶν ἀπογεγεμένων αὐτοῦ τὸ φησὶν αὐτῶν, ὡς αὐτὸς ἐν τῇ προοίμῳ παραθέσει καὶ Δημοσθένης ἐν τῇ περὶ τοῦ στεφάνου.

\*\*) Οὐ τοῦτο εἶπε Δημοσθένης ἐν τῇ κατηγόρῃ. ἀλλ' ὅτι τὸς Ἀπολλοθένης τοῦ Πεδεαίου δι- γασίας ἐξηγήσατο. ἐν δὲ τούτῳ δήλον, ὅτι οὐκ ἐλέγχεσαν οἱ λόγοι οὐ γὰρ ἐν ἑλλ' ἀκούσας Ἀισχίνης ἀλλὰ ἔλεγον, ἀλλὰ δήλον ὅτι ἂν ἐπεύρασαν ἐπεὶ αὐτὸν πρὸ τοῦ ἀγῶνος, ταῦτα ἐλέγχεσαι.

\*\*\*) Εἰσὶ δ' ὅ φησὶ συγγράμματα μὲν τοὺς ἄλλοιους τοὺς λόγους, ἐπιστῶν δὲ γενομένων τῶν περὶ Χαϊρώνειαν μηκέτι τὴν δίκην ἵστέθειν.



ειπόντος αὐτῷ Εὐβούλου τοῦ Σπινθάρον Προβαλισίου \*) δημογογόντος τριάκοντα ψήφοις ἀπέφυγεν p. 840. B. Ἐχειροτονήθη ἀρεσθεντῆς ὡς Φίλιππον μετὰ Κεῖσιφῶντος καὶ Δημοσθένους περὶ τῆς εἰρήνης, ἐν ᾗ ἄμεινον τοῦ Δημοσθένους ἰνέχθη τὸ δὲ δεύτερον δέκατος ὢν κνώσας ὄρκους τὴν εἰρήνην κριθεὶς ἀπέφυγεν, ὡς προείρηται \*\*) p. 841. A. Neque dubitarunt Philostratus in vita Soph. p. 508. Ol., Libanius in argum. Dem. VI. p. 65. R., Ulpianus ad Dem. p. 402. R., auctor epistolae aeschinae XII. p. 695., quibus adstipulati sunt Taylor (v. Schaeff. app. crit. T. II. p. 396. sq.), Winiewskius in commentt. historr. p. 145.), Rankius in vita Demosth., quae in Erschi et Gruberi encyclop. XXIV. habetur, Voemelius in annall. Heidelbergg. 1835. XX. et ad Libanii argum. Dem. VI. §. 4, 5. 6., Kayserus ad Philostrati V. p. 235., alii; contra dixerunt imprimis A. G. Beckerus (Demosthenes als Staatsmann u. s. w. T. II. p. 320. in Andoc. p. 237, 9. in Analectorum fascic. I.) et A. Westermannus ad Pseudoplut. p. 840. C. et de libris quas Demosthenes oravit ipse p. 52—60.

Vides quae res sit: istius dubitationis neque auctores novimus neque rationes et argumenta memoriae tradita sunt, nisi quod Plutarchus suspicionem suam silentio oratorum firmavit. Frustra enim Beckerus (Anall. I. p. 21. sqq.) historicam fidem Plutarchi eiusque in perscrutandis examinandisque fontibus diligentiam et studium praedicavit (cf. Bochnck. Forsch. I. p. 92.), ut eum non e silentio illo coniecturam fecisse, sed certas rationes ex historiae monumentis petitas secutum esse nobis persuaderet. Sed illud argumentum quale tandem est? Si Beckerum et Westermannum audis, maximi momenti est et quo vel uno tota res conficiatur. Scilicet nihil tribuit Idomeni Lampsaceni testimonio, qui in libro de Socraticis vel, ut C. Fr. Hermannus (Ind. lectt. Marburgg. 1836. p. VII. cf. Beck. Anall. I. p. 25, 1.) visum est, in libro de illustrium hominum luxuria narravit παρὰ τριάκοντα μύνας τὸν Ἀσπίγγην ἀποφυγεῖν. Qui scriptor ut levis fuerit et fide indignus (v. Sintenis ad Plut. Pericl. excurs. V.), ut libros suos mendaciis obrectationibusque impleverit, tamen quod de Aeschine narrat, id sic comparatum est, ut vel fama vel veterum scriptis traditum accepisse videatur. Cave enim Idomeneum contra eos disputasse credas, qui actam hanc causam esse negarent, qui quidem ante Plutarchum omnino nulli fuisse videntur. Itaque quid causae fuisse dicas, cur Idomeneus rem tam singularem fingeret, per triginta suffragia stetisse quominus Aeschines damnaretur? Aeschinine ut obrectaret? At sic satius erat fingere, per unum suffragium, ut in causa Leocratis

\*) Sic emendavit Wyttenbach. Codd. προβαλλισίου, ut apud Photium προβαλουσίου. Beckerus: Προβαλλισίου. Reiskius: Προβαλλισίου. Ceterum non Probalisium, sed Anaphlystium illum Eubulum fuisse Ruhnk. in histor. crit. p. 65. animadvertit. Cf. Westerm. ad Pseudoplut. p. 56. Droysen in Zimmermanni Annall. 1839. p. 100. sq.

\*\*) Vd. Tabni Annall. XII, 2. p. 232. sq. Westerm. Quaestt. Dem. IV. p. 112. sq.

(Aesch. III. 252. sq.) vel per tria ad summum (cf. Plat. Apol. S. p. 36. Dem. XXIII. 167. 205.) stetisse.

At, inquit, si revera his in iudicio acta, liberatus Eubuli auxilio Aeschines, repudiatus esset Demosthenes. dubitari plane nequit quin, etiamsi Demosthenem tacere potuisse concedamus, Aeschines certe argumentum silentio non praetermisisset, quo solo adversarium hac in orationis parte uno quasi impetu ac penitus profligare potuisset; sed tantum adest ut victoriam suam iactet, ut ne eadem quidem nunc, qua antea victoriam reportasse dicitur, argumentatione utatur, sed novas fraudes faciat, et quamquam satis erat dicere: republicam prodidisti, non ego, quem proditionis reum a te factum populus absolvit, in commentienda satis ampla proditionis historia mirifice se torqueat. Unus tantum in ctesiphontea oratione locus legitur (§. 81.), in quo ut occasionem peropportunam commemorandi victoriam omittit, ita orationem Demosthenis in mente habere videtur: ἠγῆσατο, inquit, εἰ τῶν συμπεσθενόντων καὶ τοῦ Φιλίππου κατήγορος ἀναστάνῃ, τὸν μὲν Φιλοκράτην προδίλως ἀπολεῖσθαι, τοὺς δὲ ἄλλους συμπεσθεὶς κινδυνεύσειν, αὐτὸς δ' εὐδοκίμησειν καὶ προδοῖσις ὄν τῶν φίλων καὶ ποικίλος πιστὸς τῇ δήμῳ φανήσεσθαι. Hoc non dicit qui in eadem re eundem, in quem nunc dicit, publice vicerat, sed nemo non videt caute tectaque loqui de re dubia ac lubrica oratorem, ne quod vix consanuit vulnus recrudescat metuentem.

Haec speciosius quam verius disputata sunt (p. 54.). Primum enim Aeschines eo loco, qui supra exscriptus est, non tecte, sed aperte institutae a Demosthene litis\*), non scripti in privatum usum libelli mentionem fecit, sed quod non se, sed omnes legatos, inprimis Philocratem, qui tum iam condemnatus Athenis fugerat (Aesch. II. 6.), a Demosthene petitos esse dicit (cf. §. 8.), neque de eventu causae quiequam addit, satis ostendit non fuisse cur victoriam suam iactaret. Profecto enim qui summi criminis, proditae pecuniae patriae, accusatus, quum et Eubuli, gravissimi viri, auctoritate defensus et multorum civium vel Philippo faventium vel certe belli pertaesorum studiis adiutus esset, tamen triginta tantum suffragiis absolutus esset\*\*).

\*) Erat Beckerus I. c. p. 34., quum h. l. Philocratem ceterosque legatos non in iudicio, sed olim (puta Ol. 108, 2.) in contentione populi a Demosthene petitos dici contendit, oblitus scilicet eorum, quae §. 79 sq. scripta sunt.

\*\*) Beckerus I. c. p. 29. (secum ipse pugnavit p. 42.) Idomeni verba perverse quidem, sed ita, ut suae sententiae haud leve acquireret argumentum, interpretatus est. Non enim ille triginta exceptis calculis Aeschinem dimissum esse narravit, neque ita vel Valchenarius ad Herod. IX, 33. vel Reiskius, cuius vid. ind. gr. Dem. p. 374., vel alius quisquam opinor existimavit. Nam profecto si triginta tantum suffragia condemnantium, reliqua omnia absolventium fuissent, Demosthenes autem, quippe ne quintam quidem partem suffragiorum nactus mille drachmis multatus et infamia notatus esset (v. Herm. Staatsaltth. §. 144.), dubitari non potest quin et alii et inprimis Aeschines eius rei mentionem fuerint facturi (Beck. p. 38.). Verum enimvero triginta tantum suffragia plura erant a parte absolventium, quae

non erat cur ea victoria, quae a turpissima clade tam parum abesset, gloriaretur, praesertim quum civibus suis de Demosthenis prodicione suaque integritate nondum se persuasisse probe intelligeret (III, 59. sq.). Demosthenes autem, quem sane credideris noluisse huius causae mentionem facere, quam ut perderet, praeter Eubuli auctoritatem et temporum ratio et populi levitas fecerat, tamen eam sic commemoravit, ut institutam et in iudicio actam, non libello in privatum usum scripto tractatum esse appareret simulque etiam qui factum esset ut Aeschines iudicium suffragiis absolveretur, probabiliter explicaretur: *ἐκείνο φοβούμεαι, μή τῶν ἐργασμένων αὐτῷ κακῶν ὑποληφθῆναι ἑλάττω οὐτως, ὅπερ πρότερον συνέβη, διὰ τοὺς ταλαπείρους Φωκίας ἐποίησεν ἀπολέσθαι τὰ ψευδῆ δειῶν ἀπαγγελίας* p. 275. §. 142. \*) Cf. XIX, 29. Stechow vit. Aesch. p. 63.

At enim scriptae feruntur orationes istae tertio sive quarto potius demum post legationem anno, Ol. CIX, 2. (343) archonte Pythodoto (cf. Dionys. Hal. p. 737.). Iam vero quum Ol. CVIII, 3. \*\*) Aeschines, ut imminentem a Timarcho et Demosthene actionem male gestae legationis averteret, Timarchum postulaverit, quis est qui credat per tres annos Demosthenem quiescisse ac litem distulisse, tam gravem quippe, ut moram nullam pateretur, itaque comparatam, ut ne statim quidem instituta prae tenebris ei offusis a callidis hominibus recte iudicari posset, nedum ut tribus annis post, ubi, quo quidque modo atque tempore gestum esset, plurimis iam memoria excesserit (p. 55.). In hac doctissimi viri disputatione primum illud nos offendit, quod Aeschines imminentem a Timarcho et Demosthene actionem falsae legationis avertisse dicitur, miramurque quid causae sit cur ille hac in re malos auctores quam optimos sequi maluerit. Communiter enim litem Aeschini intendisse Timarchum et Demosthenem auctores sunt scholiastae (ad timarch. p. 24, 4. 45, 5. 162, 2., argum. timarcheae init., arg. Dem. de f. leg. p. 338.); contra et Demosthenes a Timarcho institutam litem esse testatur p. 416. §. 240: *ὅς γάρ φηθίς γῶραι τὸν φανερὸν τι ποιῆσαι βουλήνεντα τῶν σοὶ περισεβειμένων ηλικιωτῶν καὶ τοιαύτη συμφροῦ περιβαλεῖν κτλ.* et p. 423. §. 257. *ἤειπενεν ὑπακούσαντά τιν' αὐτοῦ κατηγοροῦν*, et ipse Aeschines his verbis (I, 20.) significat: *μηδὲ τοὺς προσβέβηκτας κρινέτω μηδὲ ἀνομοσύνῃσι μισθωθεῖς* (i. e. ὑπακούσας Δημοσθένους), omninoque tota eius oratione efficitur, ut unum Timarchum accusatorem existisse intelligamus, Demosthenem autem ei, si res in iudicium venisset, adfuturum fuisse credamus. Id-

si ei (Aeschini) defuissent, condemnatus abisset (Reisk.) vel, ut Aeschinis verbis utar, *εἰ τιμωροῦντα φήμα μετέπειθεν. ὑπερώρισεν ἢ ἠπέθανεν.*

\*) Quae de h. I. Beckerus p. 33. disputavit, ea paucis comprobatum iri confido. Ceterum idem recte monuit §. 31 et §. 283 nihil ad rem nostram pertinere.

\*\*) Hoc enim anno timarcheam habitam esse post me (praef. p. XXXVII. sqq.) Boeckelius (Forschungen T. I. p. 294.) demonstravit.

circo Demosthenes eo loco, quo timarcheae causae mentionem iniicit, non hoc dicere poterat: „Timarchum perdidit, ut quae ab eo atque me ei imminere actionem male gestae legationis removeret“, sed debebat id dicere, quod dixit §. 240., idque non caute et tecte, sed plane et aperte dixit. Ut autem ea res in iudicium non veniret, Aeschinis ἀπαγγελῆ ἐσεκερα. Vid. praef. ad timarch. p. XXXI. Itaque quod a Timarcho frustra tentatum erat, cur idem a Demosthene post tentari potuisse negemus? Sive enim ponimus Demosthenem illam causam cum Timarcho (ineunte Ol. CVIII, 3.) instituisse, non dissimile veri aut incredibile est eam litem per tres annos differri potuisse \*); sive, quae res est, Demosthenes post Timarchum Aeschinem falsae legationis postulavit, non difficile est ad intelligendum, cur aliquanto post causam timarcheam eo tempore, quo civium animis in Philippum irritatis bellum demum exarsurum videretur, instituire illam litem et in iudicio persequi constituerit. Verum enimvero non Demosthenis culpa, sed Aeschinis artificis factum esse, ut ea lis tribus demum annis post res gestas in iudicio ageretur, luculento Demosthenis testimonio docemur. Quum enim ea res ad euthynas pertineret, Aeschines, quominus rationem redderet legationis a se administratae, aliquamdiu recusavit aut moram fecit. \*\*) Itaque quum legati sero ad reddendam rationem vocati essent (Timarchus autem paulo calidius antequam illi ad euthynas vocati essent Aeschini litem impegerat, cf. Aesch. I, 168. 174.), Aeschines, quem ut natu maiorem prius Demosthenem verba facere consentaneum erat, collegis suis nihil exprobrasse aut crimini dedisse videtur \*\*), Demosthenes autem, ut ad dicendum surrexit, statim Aeschinem male gestae legationis accusavit. Qua re quum cogito aliquantum temporis in instruenda lite, in colligendis testimoniis, in componendo iudicio consumptum esse, mihi quidem haud admodum mirum videtur esse, quod ea causa tribus annis post obitam legationem in iudicium venerit, praesertim quum dubitari non possit quin Aeschines et quicumque easdem in republica gerenda partes sequerentur, quanta maxima possent contentione eludere iudicium aut retardare studerint. Vide Dem. p. 374. §. 103. *εἰ γε τι τῶν προσήκόντων ἐγίγνωτο, ἐν εἰσαγγελίᾳ τίτλαι ἂν ἦν τῶν δὲ*

\*) „Wir gestehen, dass wir uns in dem an Chicanen so reichen Athen recht gut die Möglichkeit denken können, warum ein politischer Prozess von dieser Wichtigkeit vor die Heliaen kommen konnte, nachdem er schon viele Jahre vorher eingeleitet war.“ Voemel in Annal. Heidelbb. 1837. p. 307.

\*\*) *Ὁ τοίνυν μέγιστον ἐπέντων καὶ οὐ λόγος, ἀλλ' ἔργον βουλευμένου γὰρ ἐμοῦ τὸ δίκαιον, ὅσπερ ἐπρόσβησα δις, οὕτω καὶ λόγον ὑμῖν δοῦναι δις, προσελθὼν Αἰσχίνης οὐτοῖς τοῖς λογιταῖς ἔργον μέγιστον πολλοὺς ἀπηγόρευε μή καλεῖν ἐμὲ εἰς τὸ δικαστήριον ὡς δεδωκότα εὐθύναι καὶ οὐκ ὄντα ὑπεύθυνον· καὶ τὸ πρῶτον ἦν ὑπεγγυλοῖον. εἰ οὖν ἦν τοῦτο; τῆς προτέρας ἐκείνης προσβείας, ἧς οὐδεὶς κατηγορεῖται, δοῦς λόγον οὐκέτι ἐβούλετο αὐτῆς εἰσέναι περὶ ταύτης ἧς νῦν εἰσαγγέλλεται, ἐν ᾧ πάντα τῶν δεινῶν ἐστὶν* p. 406 §. 211.

\*\*) *εἰ οὖν, εἴ τι Δημοσθένους ἤδεται, τῶν λέγειται, ἀλλ' οὐκ ὅτι τὰς εὐθύναις εἰδίδον κατηγορεῖται; Dem.* p. 449. §. 335.

διὰ τὴν ὑμετέραν εὐφροσύνην καὶ προμήθεια εὐθύναις δίδωσι καὶ ταύτας ὀπνηγίκα βού-  
λεται. P. 423. §. 258. ἀλλὰ καὶ διακρουόμενος πάντα τὸν ἐμπροσθεν  
χρόνον εἰσελθεῖν εἰς τοιοῦτον ὑπὸ καὶ χρόνον, ἐν ᾧ τῶν ἐπιόντων ἕνεκα, εἰ μηδενὸς  
ἄλλου, οὐκ αἰνῶτε οὐδ' ἀσφαλῆς ὑμῖν δεδοροδοκίμια τοῦτον εἶδηον ἔασαι. P. 342.  
§. 3. καὶ τὸ χρόνον γεγενῆσθαι μετὰ τὴν προεβείαν πολλὴν δέδοικα, μή τινα λήθην ἢ  
συνήθειαν τῶν ἀδικημάτων ὑμῖν ἐμπεποιήκη. Haec autem talia quoniam consilio  
Demosthenem in ea oratione perscripsisse dicatus, quam non ad audiendum, sed  
ad legendum composuerit, non populo, non iudicibus, sed amicis suis destinaverit,  
quam statim post reditum legatorum inchoatam postea, prout otium esset atque lubi-  
do, pertractaverit, amplificaverit, absolverit (*Westerm.* p. 59.)? Anne ut fucum facer-  
et posteris? ut his callide persuaderet actam illam a se causam esse, ne officio  
suo, ne patriae deluisse videretur? Nam etsi verum est etiam fictas orationes, ut  
orationes esse viderentur, ad forum accommodatae scribi debuisse, ita ut, dictaene  
sint an scriptae modo, e sola forma atque auditorum alloquutione colligi nullo modo  
possit, multaque huius generis apud utrumque oratorem inveniri, quibus in re um-  
bigua nihil decernatur (*Westerm.* p. 56. sq.): tamen illa, quae supra posui non ad  
fori consuetudinem accommodata sed ad historiae fidem expressa atque eiusmodi  
sunt, quae etiam a Demosthene, quantumvis ille non scripsisse tantum sed etiam di-  
xisse videri cuperet, tamen fingi simularique posse negemus. Neque magis nos fo-  
renses nervos aut fori imitationem in Aeschin. II, 4. agnoscere possumus: *ἔξέστιν  
δ' ἐμαντιῶ καὶ τὴν αἰτίαν βαρέως ἤνεγκα, ὅθ' ὕβριν καὶ παροινίαν εἰς γυναῖκα ἔλεν-  
θέρην καὶ τὸ γένος Ὀλυρθίαν κατηγορεῖ μου ἡσθην δὲ αὐτὴν ἐπὶ τῆς αἰτίας ὄντα  
ταύτης ἔξεβάλετε, καὶ τῶν ἀσεβερωνημένων ἐν τῷ βίῳ μοι χάριν ἀπειληθέναι νομίζω,*  
quae eadem res iterum commemoratur §. 153: *σκέψασθε γὰρ ἀρροσίνην ἡμῶν καὶ  
ἐπαίδευσιν ἀνθρώπων, ὅς τοιοῦτον ἔτασε τὸ περὶ τὴν Ὀλυρθίαν γυναῖκα ψεῦδος  
καὶ ἔμοῦ, ἐφ' ᾧ μετὰ μὲν λέγον ὅθ' ὑμῶν δὲξήσθη κτλ.* Talia enim non poterant  
fingi, nisi ab iis, qui vel aequales vel posteros fallere et egisse causam, non scri-  
psisse tantum orationem videri vellent. Quod ut Demosthenes voluerit, Aeschines  
certe non potuit velle, qui, si Demosthenes illam litem non ausus esset instituire  
aut institutam omisisset deseruissetque, nihil optabilius habiturus fuit quam ut id po-  
steri omnes comperirent et sibi persuaderent. Itaque mea quidem sententia recte  
fecerunt *Taylor, Winiewskius, Kayserus*, qui illis potissimum locis, ut actam causam  
esse apparet, effectum esse existimarunt, et etiamsi Photius\*) et Ulpianus\*\*) cum

\*) Cod. LXI, p. 20, κατηγορηθεὶς δὲ παραπροβείας ὑπὸ Δημοσθένους οὐκ ἔαλω, ἄτε δὴ Εὐ-  
βούλου τοῦ δημογνοῦ, ᾧ ὑπερέτης, συναγωνισαμένου αὐτῷ κατὰ Δημοσθένους ἐν τῷ παρασκευάσει  
τοῦς δικαστὰς ἀναστήσει ἐν τοῦ Δημοσθένους λόγοντος.

\*\*) Ad Dem. p. 402. T. V. p. 109. (Basil. 1572.): ἰστέον δὲ ὅτι ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ ἀνίστησαν  
οἱ δικαστὰὶ καὶ ἔτασαν (imo ἔτασαν, *Westerm.*) λόγοντα τοῦ Εὐβούλου συμπράττοντος τῷ Αἰσχίνῳ;  
μισούτος δὲ τὸν ἔτασε ἐπιόντος αὐτοῦ τοιοῦτον πιαχρῶν ἀνέχεσθε λόγοντος Δημοσθένους; Eadem

iusque *Stechow* in vita Aesch. p. 64. et *Boehneckius* l. I. T. I. p. 676. alucinati sint,  
hoc tamen opinor certum indubitatumque est, eo loco, quo Demosthenes de Xeno-  
phronis convivio verba faceret, iudices indignabundos eum eiecisse h. e. murmu-  
rando, sibilando, clamando indignationem animi significasse. Praeterea cf. Aesch.  
II, 24. 56. 59. 102. 126. 128. (*Westerm.* p. 56, 188.), quae omnia ita sapiunt forum,  
ut recta ex ipso foro profecta videantur esse, maxime in eo oratore, qui si causam  
non dixit, ne videri quidem dixisse voluit.

Sed *Westermannus* in ambabus de male gesta legatione orationibus deprehendisse  
sibi videtur quae ab usu forensi aliquantum abhorreant quaeque scribi facilius quam  
dici olim potuisse arbitreris. *Et haec quidem posita esse in ipsa rei quam demon-  
strare velint oratores difficultate. Alterum ab altero fraudis, corruptionis, proditi-  
onis coargui, utrumque se ipsum ab omni culpa liberare studere. Haec autem in  
iudicio iactari non potuisse nisi certis ac luculentis confirmata testimoniis. Cuius  
generis documenta cumulate quidem in istis orationibus afferri, sed licere tamen  
animadvertere, quaedam esse ficta et suspecta, alia dicis causam afferri, multa plane  
deesse.* Verum enimvero quum id consilii sequeretur uterque orator, ut popularibus  
suis persuaderet, sive scripsit tantum orationem sive scriptam etiam in iudicio per-  
oravit, non poterant committere, ut testimoniis fictis aut dicis causa interpositis ipsi  
fidem suam infringere et in suspicionem adducerent, sed quae popularibus suis ad  
legendum scripserunt, eadem coram iudicibus dici potuisse consentaneum est. In-  
credibilis autem temeritas est ita vel accusare alterum vel te defendere, ut ipse ar-  
gumentorum vim et pondus malis artibus attenuet et infirmes. Omnino parum pro-  
babilis mihi illa viri doctissimi disputatio esse videtur. Quamquam enim satis cre-  
dibile est legatorum quos Demosthenes in secunda legatione collegas habuit pluri-  
mos, quum et ipsi in suspicionem proditiōnis venissent, ad hoc factionem Aeschinis  
atque Eubuli potentiam metuerent, Demostheni certe noluisse testes esse, nedum ut  
utriusque contraria testati sint: tamen idcirco testimonia quae a legatis repetuntur ne-  
que ficta neque suspecta debent haberi. Nam quod Demosthenes legatos testes ad-  
hibet §. 176. in eadem re, qua Aeschines §. 126. sqq. Aglaocreonis et Iatroclis le-  
gatorum testimonio se tutatur, nihil plane est cur mirum videatur; quamvis enim  
praevidisset\*) legatorum neminem sibi testem futurum esse, tamen provocare eorum

in vita Aeschinis T. V. p. 331. repetit. Sed (verba sunt *Westermanni* p. 56) nec eiectum esse orato-  
rem nec abscessam hoc loco orationem ex multis patet partis posterioris locis, ad quos in sua oratione  
Aeschines respondet.

\*) P. 396. §. 176. εἴτα τῶν ἄλλων προέβειον ἕκαστον καλῶ καὶ δυοῖν θάτερον ἢ μαρτυρεῖν ἢ  
ἐξόμνησαι ἀναγκάσει ἐν δ' ἐξομνήσει, ἐπισκοπώντας ἐξελγῶ παρ' ὑμῖν φανερός. Deinde §. 177:  
τί γὰρ αἰτούς οἴσασ' ἐκεῖ ποιεῖν ἐγγὺς ὄντας τοῦ διδόντος, ὅθ' ὑμῶν ὁμῶντων τῶν καὶ τιμῆσαι κυρίων  
ὄντων καὶ τούτων κολάσαι, ταυῦτα ποιοῦσαι; ad quae Ulpianus: κληθέντες οἱ πρόβεις οὐκ ἠθέλη-  
σαν μαρτυρεῖν. διὸ σχετικῶν ταῦτα λέγει.

testimonium potuit, ut saepe oratores etiam eos, quos probe sciunt testimonium recusaturos esse, tamen testes appellant. Atque ne forte hoc offensionem moveat, quod orator citatis testibus sic pergit loqui, ut testatine illi fuerint necne in ambiguo habeatur: in promptu est suspicio Demosthenem, dum caussam ageret, aliquid addidisse quod literis mandare noluit, quale est quod apud Aeschinem in simili causa legitur: *οὐκ ἠγνόουν ὅτι ἐπερόψεται τὸν ὄρκον* (I, 69). Porro quod Demosthenes, ut Aeschinem post subactos Phocenses Philippi victoriam concelebrasse probaret, eos legatos, e quibus illam rem compererat, ad testimonium vocat (§. 129.), cur Aeschini fidem habeamus testes adhibitos esse neganti (§. 162.), praesertim quum ipse neque testes adhibeat et ipsam rem ab adversario exprobratam haud obscure confiteatur? Denique cur suspecta videantur quae apud Aeschinem §. 86. leguntur: *καλεῖτω δὲ μοι τοὺς στρατηγούς ὁ κῆρυξ καὶ τοὺς συνέδρους τῶν συμμάχων* \*) aut §. 143: *καλεῖ μοι Μνάσιον τὸν Φωκία καὶ τοὺς συμπαρόντας καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς τῶν Βουσιῶν φρεγῆς ἠρημένους*, aut testimonium Amyntoris §. 67. sq., de cuius argumento orator haud ita praeter morem (cf. I, 45. sqq.) copiosius exponit, aut quod vim quandam adhibent in citandis testibus: *ἐκκλήτετε, ἐὰν μὴ θέληθῃ παροῦσαι* Aesch. §. 76. (cf. I, 67.) et Dem. §. 176., haec igitur cur suspecta sint, intelligere non possum.

Quod secundo loco posuit *Westermannus*, eos, qui suae rei minus confidant, tamen ne documentis nullis nisi videantur, ea quae vel aliena sint ab ipsa re vel confirmatione nulla indigeant cumulate arreptis testimoniis confirmare: huius artificii nulla ego quidem in his orationibus exempla invenire potui. Nam et dirae illae, quarum apud Demosthenem §. 70. mentio facta est, et epistola Philippi (§. 187.) et decreta Atheniensium (§. 270. 276. Aesch. 19. 73. 170.) et Olynthiorum (Dem. §. 267.) non magis ab ipsa re quae tractatur aliena aut eo consilio, ut testimoniorum inopia ne sentiretur, interposita sunt, quam versus Sophoclis (§. 247.) et Solonis (255 sqq. \*\*), sed ad rem quam probari iudicibus et persuaderi oratores volvere cummaxime pertinent neque officium summae rei, sed proficiunt. Verum etiamsi illa vel maxime ita comparata essent, ut ad obtegendam testimoniorum penuriam inserta esse viderentur fucumque fieri audientibus appareret: tamen ne sic quidem non actam illam causam esse efficeretur, quia et in aliis orationibus similia inveniuntur (ipse *Westermannus* ctesiphonteam, quae tamen in iudicio acta est, hoc nomine nostris orationibus persimilem esse iudicavit p. 58.), et quae non possunt apte ad persuadendum dici, ea nec scribi possunt probabiliter.

At, inquit, qui meminere quantum Atheniensium testimonium auctoritati tribuerint, mirabitur quum videt in orationibus de falsa legatione multas res satis graves aut

\*) De his synedris v. infra.

\*\*) Dixit de hac re etiam *Beckerus* l. I. p. 44, 2., sed ita, ut sententiam nostram confirmaverit potius quam refutaverit.

plane nullo addito testimonio proferri aut incerto admodum, quale est et simplex nomen *μαρτυρίας* et *fides auctoris* et *vox populi*. In his vera falsis mixta sunt. Nam quod apud Demosthenem *καλέ μοι ταύτην τὴν μαρτυρίαν* (§. 165. 170.) sive *τὰς μαρτυρίας μοι λέγε πῶτον ταυτασί* (§. 200) vel, postquam citati testes sunt (*καλεῖ μοι τοῦτων τοὺς μάρτυρας* §. 213. *καλεῖ τοὺς ἐκεῖ παρόντας μάρτυρας* §. 162), nihil aliud quam *λέγε τὴν μαρτυρίαν* (§. 214. 162.) scriptum reperitur, in ea re si quid incerti est, nobis est, non fuit iudicibus. Quum enim scriba testimonia in manibus haberet certo ordine ad recitandum disposita, testes autem ante citati in foro adessent, non erat cur orator nomina testium pronunciaret, sed satis erat adnuere scribae, qui testes suo quemque loco et ordine nominatim ad suggestum vocaret. Itaque tantum abest, ut ea res non actam caussam esse demonstret, ut cummaxime fori consuetudinem sapere videatur. Porro quod Demosthenes §. 176. praeter alios se quoque testem *ἐπέθρονον* exhibet; quod Aeschines se, nisi rem iudicibus (etiam testimoniorum ope) plane persuasisset, vel ad supplicium subeundum paratum profiteretur (§. 59. 159.); quod Demosthenes quaedam ut vulgo nota ponit (§. 114 sq. §. 120.); quod uterque ad riuorem populi vel famam provocat (§. 243. Aesch. §. 144. sqq. cf. I, 125 sqq.): haec talia sunt, ut, nisi qui praeiudicata opinione captus teneatur, nemini quicquam dubitationis aut offensionis possint excitare. Sed verum est deesse gravissimarum rerum testimonia. Hoc autem quamnam vim habet? Facile est enim intellectu non Demosthenis, sed ceterorum legatorum culpa factum esse, ut multa ille quae vellet non posset testimoniis confirmare. Quid igitur? tantumne Atheniensium testimonium auctoritati tribuisse credamus \*), ut Demostheni, qui multa se non testata, ceterum probabilia dicturum sciret, idcirco ab accusatione Aeschinis abstinendum fuerit? Cave credas, sed hanc illa res vim habet, ut et minus miremur, quod Aeschines iudicium suffragiis absolutus sit, et simul de repetitionibus quae in Demosthenis oratione offenderunt \*\*) aliquanto rectius iudicemus. Scilicet orator ea ipsa quibus proditio Aeschinis constabat, quum certo et luculento testimonio confirmare et persuadere iudicibus non posset, alia aliis locis repetendo auribus mentibusque iudicum imprimere et quasi inculcare eosque in eandem quam ipse habebat animi persuasionem eloquentiae vi ac pondere volentes nolentes adducere studuit. Qua in re illud tenendum est, quotiescunque in hac oratione eadem res repetatur, nunquam tamen eam sic esse repetitam, ut non suo loco et quasi necessitate quadam iterata esse videatur. \*\*\*) Quod si viri docti satis secum reputassent, non dubito

\*) Cf. Aesch. I, 44. *Περὶ μὲν γὰρ τῶν ἀγρονομίων σαφῆς ἴσως προσήκει τὴς ἀποδείξεις ποιεῖσθαι τὸν κατηγοροῦν. περὶ δὲ τῶν ἀμολογημένων οὐ λίαν ἐρωγε μέγα ἔργον εἶναι νομίζω τὸ κατηγορεῖν ἀνεμνήσαι γὰρ μόνον προσήκει τοὺς ἀκούοντας.* Dem. §. 92. *περὶ γὰρ τῶν ἀμολογημένων καὶ τοὺς μάρτυρας παρεχόμεθα καὶ τὰ τεκμήρια δεῖ λέγειν τὸν κεύθοντα κτλ.*

\*\*) „Vid. §. 147 sqq. §. 177 sqq. §. 234. §. 315 sqq.“ *Westerm.*

\*\*\*) De repetitionibus quae in oratione de corona reperiuntur vid. *Dissen* p. 152 sqq.



quin iis istae repetitiones non fuerint taedium excitatae. Neque veteres rhetores, quorum in his rebus et iudicium exercitatus et gravior auctoritas est, quicquam in ea re offenderunt. Ita scholiastae Hermogenis (Sopater et Syrianus apud *Walz*. T. IV. p. 364 sq.), dum docent, quia summa accusationis ad Phocensium interitum spectet, hunc in singulis capitibus omnibus proferri, proprium autem eius locum esse eum, quo cum exaggeratione et descriptione (μετὰ ἀξίωσης καὶ ἐκφράσεως) profertur (§. 65), non modo non mirati sunt, quod toties eiusdem rei mentionem iniectam vidissent, sed id etiam ratione et ordine sic fieri censuerunt. Audiendus est etiam Theo (T. I. p. 155 sq.): ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ Δημοσθένης πολλάκις ἐαυτὸν παραφράζει, οὐ μόνον τὰ ἐν ἄλλοις λόγοις αὐτῷ εἰρημένα ἀλλάξασε μεταφύρον, ἀλλὰ καὶ ἐν ἐνὶ λόγῳ πολλάκις γράνεται ταῦτὰ μνηστικῶς εἰρηκῶς, τῷ δὲ τῆς ἐπιμνησίας ποικιλίᾳ λανθάνει τοῖς ἀκούοντες. Deinde postquam exempla posuit eiusdem sententiae in diversis orationibus repetitae, sic pergit: ἐν δὲ τοῖς φιλιππικοῖς τὰ αὐτὰ πρῶτα ἀνω καὶ κάτω λέγων διατετέλεκε· καὶ ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην, ὅτι μὴ δέῃ τοῖς εἰ ποίησαντες ἀφελεῖσθαι τὰ δοθέντα, οὐδ' ὀλιγάκις εἰρηκεν· ἐν δὲ τῷ περὶ στεφάνου, ὅτι οὐκ ἐπὶ τῷ τέλει τῶν πεπραγμένων κατηγορεῖν δίκαιον ἔσται, ἀλλὰ καθ' ἕκαστον τῶν πολιτευμάτων ἐλέγχειν, παρ' ὅλον τὸν λόγον παρέσταιται· τὰ δὲ περὶ τῆς κρίσεως τῶν αἰμαλώτων τίς οὐκ οἶδεν ἐν τῷ περὶ τῆς παραπροσβείας διατεθρολημένα; Quibus verbis idem illud efficitur, ut veteribus rhetoribus istas repetitiones offensionem non fuisse intelligamus. Quid quod laudatur ob eam rem Demosthenes ab Alexandro T. VIII. p. 433: παραδείγματα δὲ τῶν τοιοῦτων σχημάτων τὰ τὸν λόγον ποιῶντα ποικίλον παρὰ Δημοσθένει ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου λόγῳ καὶ ἐν τῷ περὶ τῆς παραπροσβείας· περὶ γὰρ τῆς πολιτείας πολλάκις λέγων ἑλπίως καὶ ποικιλῶς καὶ ποικίλως πλάττει τὸν λόγον, οὐ πρόσταται, καὶ περὶ τῆς κρίσεως πάλιν τῶν αἰμαλώτων μνηστικῶς συνεχέστερον δὲ τὸν περὶ αὐτῶν πεποιθῆται λόγον, τὸ αὐτὸ πρῶτα μεταβάλλον καὶ ποικίλως φράζων.

Quicquid id est, neque his repetitionibus neque illa testimoniomm paucitate efficitur, ut hanc causam non esse in iudicio actam nobis persuadeamus. Sed demus ita esse; sumamus libellum istum, quem Demosthenes sui excusandi causa conscriptum cum amicis communicasset, in manus Aeschini venisse, a quo visum et lectum, non auditum tantum esse series argumentorum docet (*Westerm.* p. 59.), eique causam fuisse, ut ignominiae scilicet impatiens defensionem contra scriberet: qui factum est, ut Aeschines in hac defensione plura tanquam a Demosthene dicta referret, quae in huius oratione non leguntur? velut quod narrat rogatus a Demosthene indices esse, ne suam vocem audire vellent (§. 1); quaesivisse Demosthenem, fierine posset, ut eadem in urbe Philocrates damnaretur, absolveretur Aeschines (§. 6.); comparasse ipsum cum Diouysio tyranno sacerdotisque siculae somnium narrasse; porro quae de Critobulo (§. 86.), quae de congressu suo cum Philippo (§. 124) a Demosthene dicta narrat. Quid hoc rei dicas esse? *Hieronymo* quidem *Wolfio* et *B. G. Weiskio*

(dissert. super or. de Halom. p. 18, 22.), qui Demosthenem iudicii eventu edoctum quaedam mutavisse quum orationem literis consignaret suspicati sunt, cave assentiare: longe enim alia, nihil crede, Demosthenes, si post iudicium animum ad mutandam orationem adiecisset, sublaturus erat, velut quae de Xenophronis convivio cupidius paullo quam verius narraverat. Idemque in eos dictum esto, qui, dum actam litem esse negant, Demosthenem libellum suum, non expolitum illum quidem neque satis ad artis regulas compositum, post cognitam Aeschini orationem retractasse et emendatorem emisisset, earumque editionum nunc vel alteram vel postremam haberi dicunt (v. *Beck.* Analect. I. p. 16.). Neque vero veteres criticos, si obelis suis uti voluissent, non alia potius perfossuros deleturosque fuisse verisimile est. Quam ob rem *Westermannus* illa non plane ficta quidem, sed ex sermonibus Demosthenis vel potius ex lite timarchea desumpta putavit Aeschinem inseruisse ei orationi, quam non ad recitandum coram populo caute accurateque componeret, sed ut sempiternum gloriae suae et eloquentiae et odii monumentum posteritati traderet. At e timarchea quidem lite illa desumpta esse parum credibile est, quia num in ea causa ad defensionem ventum sit, admodum incertum est, nedum ut Demosthenem, quod sane facturus esse videbatur, orationem pro Timarcho habuisse probari possit (v. praef. ad tim. p. XXXIII, 11.). Omnino si Aeschines, ut gloriae suae apud posteros consuleret, fingere quaedam aut a Demosthene scripta simulare voluisset, quo refutandi scilicet redarguendique materiam et laudem consequeretur, haud dubie aut alia commentus esset ad demonstrandam et adversarii malignitatem et suam integritatem magis accommodata aut aliam in tractandis illis locis rationem esset ingressus. Nunc idem ab Aeschine factum videmus esse, quod Demosthenem quum de corona diceret fecisse ostendimus (*Talpi* Annall. XXII, 4. p. 374 sqq.), ut, quum defensionem suam scriberet, ad omnia, quae Demosthenem in iudicio dicturum esse aut ipse suspicaretur aut ab aliis audivisset, respondendum sibi esse ratus nonnulla argueret et refutaret, quae neque dixit adversarius neque voluit dicere, contra alia, quae ille dixit, omitteret.

Longius autem progressi *Beckerus* (p. 42 sqq.) et *Westermannus* omnem modum excesserunt, dum Demosthenis orationem ne potuisse quidem in iudicio haberi contendunt. *Nimirum cam orationem aliis multis Demosthenis orationibus virtute oratoria cedere; namque in libello publico usui haud destinato laudem oratoriam minime captatam esse; itaque ad legendum quidem illam evasisse suavissimam, sed ad audiendum tam propter immensam longitudinem \*) quam propter praeposteram argumentorum dispositionem multasque earundem rerum repetitiones non satis accommodatam; contra aeschineam aptissimam ad forensium usum, bene ordinatam, vehementem, variam, copiosam, gravem, ad permovendos et convertendos animos instru-*

\*) Διὰ τὸς ἑνδεκα ἀρχοῦς; ἐν διεμετρημένῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐκρίνεται. Aesch. II, 126.

ctam et paratam esse; quippe illum adversarii orationem non modo refutare, sed orationem etiam scribere voluisse. In his ut vera sunt quae de aeschinea dicuntur, sic falsa puto esse, quae de demosthenica. Sane quidem Taylor quoque (v. appar. crit. II. p. 397) summam rerum omnium confusionem, argumenta quasi tela quadam incepta necdum pertexta, sententias inconcinne aut alieno loco positas crepans habes, inquit, ut credere fas est, orationem non ab ipso auctore perpolitam et evulgatam, sed quae inchoata solummodo et quasi adumbrata ex eius commentariolis et scriniis excidit, foetum quidem abortivum, sed abortivum Demosthenis, et quod criticus ille summus de summi poetae ulyxea scriptum reliquit: sicut sane somnia, somnia tamen sunt Iovis. Taylorem sequuti sunt Weiskius, A. G. Beckerus, Rankius, Dan. Tieboel Siegenbeek in resp. ad quaest. a philos. Leydensium ordine propositam (Lugd. 1824.) p. 26 sqq. alii. Vid. Stechow vit. Aesch. p. 63, 229. Nempe iam veteres quidam critici, ut Photius auctor est p. 490 sq., in eadem opinione versati sunt: καὶ ὁ κατὰ Μειδίον δὲ, inquit, καὶ κατ' Αἰσχίνου λόγος αἰτῶν ἔσχε τὸ μὴ τὴν αὐτὴν κατὰ πάντα ἀρετὴν τῷ δημοσθενικῷ συνδιασώσασθαι χαρακτήρι. καὶ γὰρ ἐν τοῖς διὰ τούτοις λόγοις ἐκ διαλειμμάτων τινῶν ταῖς αὐταῖς διανοίαις ἐπιβάλλον ἀμιλλᾶσθαι δοκεῖ πρὸς ἑαυτὸν, ὥσπερ ἀσκούμενος, ἀλλ' οὐκ ἐπ' αὐτοῖς ἀγωνιζόμενος τοῖς ἔργοις. διὸ καὶ τινες ἔφησαν ἑκάτερον λόγον ἐν τόποις καταλειφθῆναι, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἔκδοσιν διακεκαθάρθαι. At his quidem rhetoribus, quibus nihil praeter istas repetitiones offensionem fuisse videtur, ne Photius quidem vel is, quem ille auctorem sequutus est, quicquam tribuit: ἀλλ' οἱ γε τούτους αἰτιώμενοι τί ἂν φαίεν περὶ Ἀριστείδου, ὃς καὶ κατακόπως τῷ ἰδιώματι τούτῳ φαίνεται κεραιμένος, ὥσπερ καὶ τῷ προείναι κατὰ τὰς ἐργασίας πέρα τοῦ μετρίου καὶ τῷ περιττῷ μᾶλλον ἢ τῷ μέτρῳ τῆς χρείας στυπαρεκτείνεσθαι; Gravius argumentum est quod sequitur: μάλιστα δὲ ὁ κατ' Αἰσχίνου λόγος παρέσχε αἰτίαν ἐν ὑπόμνημασι καταλειφθῆναι οὐπω τὴν ἐργασίαν εὐληφῶς τελείαν. διότι καὶ ἔτι πρὸς τὴν καιροσύναν πολλὴν ἔσχε τὴν ἀμυδρότητα καὶ κοινότητά, ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ λόγου παρέθειο. Ἔπερ οὐκ ἂν περιείδεν ὁ ἤητωρ εἰς ἐξέτασιν ἀκριβεστέραν τῶν ἰδίων λόγων καισασίας. At sub finem non decrescere vim orationis et impetum, sed accrescere et augeri facile quisvis sentiet atque intelliget. Denique tertium argumentum Photius hoc ponit: καὶ μέντοι καὶ τὸν παραπροσβείας λόγον (quasi haec oratio diversa sit ab oratione κατ' Αἰσχίνου!) τινὲς ἐν ὑπόμνημασί φασι καταλειφθῆναι, ἀλλ' οὐ πρὸς ἔκδοσιν οὐδὲ πρὸς τὸ αἴτιον ἐργασίας ἀπρητιμένον γεγραμμένον. διὰ τί; διότι μετὰ τὰ ἐπιλογικὰ πολλὰ τε ἴσθια καὶ σχεδὸν τὸ πλεῖστον μέρος ἐπέχοντα πολλὰς πρὸ αὐτῶν ἀντιθέσεις εἰπόντων πάλιν ἐπὶ ἀντιθέσεις ἐτεράπειο, ἕπερ ἀνοικονόμητόν τε ἐστὶ καὶ διεφθιμμένον. In hac re satis mirum est eos rhetores offendisse, quorum libri temporum iniuria perditii sunt, non offendisse eos, quos etiam nunc habemus. Nam et epilogum illum §. 177 sqq., quem rectius ἐπ' ἀνοδὸν vel ἀνακεφαλαιώσιν dicas (vid. Hermogen. T. III. p. 416. et Gregor. Corinth. ad h. l. T. VII. p. 1224), et antitheses, quae post epilogum reperiuntur, rhe-

tores graeci saepenumero commemorarunt, qui si quid in hac orationis oeconomia quod iure reprehendi posset invenissent, dubium non est quin id vel verbo indicaturi fuerint. Quid? quod Marcellinus (T. IV. p. 426.), Arpines (T. IX. p. 532.) aliique (v. Ernesti lex. rh. s. v. ἀνακεφαλαιώσιν) alios quoque oratores in media oratione epilogum s. ἀνακεφαλαιώσιν posuisse animadverterunt. Omnino autem si vera essent quae Photium sequuti Taylor et Westermannus disputaverunt, qui factum esset, ut Dio Prusaens, haud contemnendus eloquentiae aestimator, hanc potissimum orationem in deliciis haberet? \*) ut rhetores graeci ex hac oratione rudi scilicet et imperfecta et ceteris demosthenicae eloquentiae virtutibus destituta plurima artis suae exempla peterent? \*\*) Nam inter veteres rhetores unum tantum novi huius orationis contemptorem, Ioannem Siculum, usque adeo osorem Demosthenis, ut etiam eam orationem, quae uno omnium consensu palmaria habetur, orationem de corona dico, nihil quidquam admirari videatur (T. VI. p. 175 sq.). Is igitur quo loco Dionem cum Demosthene comparat, καίτοι, inquit, Δημοσθένης σύμμαχον ἔχων τὸ ψεύδος, ὃ μάλιστα ἰσχυρὸν καὶ τοῖς λόγοις, πόσον εἰς τὸν παραπροσβείας ἐλείφθη Αἰσχίνου (T. VI. p. 75.), satis invidiose, quasi mendacis nitatur omnis Demosthenis accusatio. Unus enim fere locus est, quo Demosthenem a veritate decessisse et veteres rhetores animadverterunt (cf. Gregor. Cor. T. VII. p. 1254) et ipsa res probabile reddit, §. 192 sqq., de quo loco idem Ioannes iniquius disputat p. 79: εἰ μὲν γὰρ ἀρμοδίως τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασι καὶ προσώποις τοὺς λόγους ποιήσεται (ὁ ἤητωρ), θανατωθήσεται εἰ δὲ μὴ, πρὸς τῷ γελασθῆναι καὶ ἐξουδενωθήσεται. καθάπερ Δημοσθένης ἐν τῷ συμποσίῳ Φιλίππου πέπονθεν εἰς τὸν παραπροσβείας, πλάτων Αἰσχίνου ἀσχημονήσασα πρὸς τὴν Ὀλυμπίαν γυναῖκα, ἀναξίως καὶ ἀνορθότως τῆς τοῦ ἤητορος ποιότητος, ἵπου καὶ τὸν Σάττον τὸν ὑποκριτὴν σωφρονέστερον ὑποτίθησι. διὰ τοῦτο καὶ τὴν ποιότητα τοῦ λόγου ἀρμόδιον εἶναι δεῖ τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις καὶ πράγμασι. Paullo aequius Hermogenes T. III. p. 420., qui oratoriam saltem huius loci virtutem agnovit (οὕτω δὲ ψυχρολογεῖ τοὺς ἀκούοντας, ὥστε οὐδεὶς ἐν συμποσίῳ εἶναι), et Minncianus T. IX. p. 612 sq., qui artem, qua Demosthenes rei non testatae fidem facere studuerit, admiretur. Sed idem ille Ioannes alio loco aperte calumniatur. Quum enim Hermogenes T. III. p. 214. etiam hoc ad perspicuitatem orationis facere dixisset, ut obiectiones adversarii prius quam dissolutiones sive refutationes ponerentur, addidissetque Demosthenem, qui et cetera solitus esset ita, ut

\*) Philostr. vit. Soph. p. 488. γυτεύων δὲ καὶ σαύπων καὶ ἐπαντῶν βαλανεῖσι τε καὶ κήποις καὶ πολλὰ τοιαῦτα ὑπερ τρυφῆς ἐργαζόμενος οὐδὲ τοῦ σπουδάζειν ἠμέλει, ἀλλ' ἀπὸ θυοῦ βιβλίον ἑαυτὸν συνέχεν (animum suum aluit, vid. Kayser. p. 179.). ταυτὶ δὲ ἦν ὁ τε Φαίδων ὁ τοῦ Πλάτωνος καὶ Δημοσθένους ὁ κατὰ τῆς προσβείας.

\*\*) Cf. et Cic. Or. XXXI, 111. multae sunt eius totae orationes subtiles, ut contra Leptinum: multae totae graves, ut quaedam philippicae: multae variae, ut contra Aeschinem falsae legationis, ut contra eundem pro causa Ctesiphontis.

e re sua esse videretur, collocare, interdum dissolutionem ante objectionem posuisse: Ioannes exemplum huius figurae e nostra oratione (§. 61) petivit: ἐν μὲν γὰρ τῆ παραπροσβείας Διοσίου μέλλοντος ἀντιθέσθαι οὐκ ἦσαν σύμμαχοι οἱ Φωκεῖς, ἀλλὰ καὶ πολλὰ τὴν πόλιν ἠδίκησαν, ἀντεγκληματικῶς ἀπαντῶν προλαμβάνει τῆς ἀντιθέσεως τὴν λέσιν ὁ ῥήτωρ κατὰ ἑνωσιν, ὅτι σύμμαχοι ἦσαν φέρε δὴ μοι, φησὶ, τὴν συμμαχίαν τῶν Φωκίων ἀνάγωθι. τοῦτο δὲ κακοῦργως εἰσάγει τὸ ψήφισμα, ὅτι ἐργάσθην μὲν παρὰ τῶν Φωκίων, οὐκ ἐνεργήθη δὲ οὐδὲ ἐτελέσθη. διὰ οὐδὲ προσέσχον αὐτῷ οἱ δικασταί. ἀλλὰ καὶ προσωργίσθησαν (T. VI. p. 193). At ut Demosthenem h. l. objectionem Aeschines κατ' ἑνωσιν (occurrento) solvere voluisse demus, quae aliorum quoque opinio rhetorum fuit, unde Ioannes illud foedus non exstitisse compertum habuit? Enimvero exstitit (cf. Diol. Sic. XVI, 29.) factumque est Hegerippo auctore (Aesch. III, 118). Itaque et hoc ille et quod de indicum ira fabulatur calumniandi causa commentus est\*). Quanto rectius Maximus Planudes, qui ad eundem Hermogenis locum haec commentetur: ὡς ἐν τῷ τῆς παραπροσβείας Διοσίου μέλλοντος ἀντιθέσθαι, ὅτι οὐκ ἦσαν σύμμαχοι οἱ Φωκεῖς, ἀλλὰ καὶ πολλὰ τὴν πόλιν ἠδίκησαν, ἀπολαμβάνον τὴν ἀντίθεσιν ὁ Δημοσθένης τὴν λέσιν ἐργάσθην συνιστῶν τὴν ποιότητα τῶν Φωκίων, ὅτι καὶ σύμμαχοι καὶ ἐνεργήθη τοῦ δήμου. φησὶ γὰρ φέρε δὴ μοι τὴν συμμαχίαν τῶν Φωκίων, ἵνα ὡς ὑπὲρ οἰκείων ἀγανακτήσωσιν οἱ δικασταί καὶ ἵνα ἡ ἔργασθην ἀγνωστομένη συμμαχία τῶν Διοσίου λόγον ἐλέγξῃ (T. V. p. 478). Iniquius etiam Dionysius Halicarnassensis vel si quis alius illam artem rhetoricam scripsit de Demosthene (VIII, 5. p. 287. R.) iudicavit, sed tamen ita, ut oratoris laudibus nihil obtrectaret. Qui quod artificium admiratur, quo callide usus Demosthenes per totam hanc orationem non priorem legationem, in qua tamen peccaverit Aeschines, si quid peccaverit, sed secundam accusaverit, scilicet nihil aliud quam ipse se in ingenti errore versari rerumque gestarum satis ignarum esse testatus est\*\*).

Denique de partium descriptione verum est ne veteres quidem rhetores omni ex parte recte iudicasse. Hermogenes enim T. III. p. 99 sqq. illud quidem recte docuit, προκατασκευῆν i. e. partitionem (Quintil. IV, 5, 1.), quam alii προέκθεσιν sive ἐπίσχεσιν vocarunt (T. III. p. 416), esse in verbis εἰ σκέψασθε παρ' ἑμῶν αὐτοῖς ὁ ἄνθρωπος δικασταί καὶ λογίσασθε. τίνον προσήκει τῇ πόλει λόγον παρὰ πρεσβυτοῦ λαβεῖν. πρῶτον μὲν τοῖνον ὃν ἀπήγγειλε, δεύτερον δὲ ὃν ἐπεισε, τρίτον δὲ ὃν προσετάξατε αὐτῷ, μετὰ ταῦτα τῶν χρόνων, ἐφ' ἅπασιν δὲ τοῖτοις, εἰ ἀδοροδο-

\*) Quam proni fuerint ad mendacia Demostheni exprobranda, Aristides T. IX. p. 381. suo nos docet exemplo: καὶ πάλιν ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου τὸ μὲν ἀληθές τὸν μὲν ἀνήσθηκε τῶν ἐπὶ τὰς εὐθύναις ἐλθόντων. τὸ δὲ ἐστὶς ἐπικατηφύεσθαι, οἷον τοῖς δὲ ἀπειλαί. Unde novit Aristides oratorem mentium esse? Reil. ad p. 341, 18.

\*\*) Cf. Taylor in Schaeff. app. crit. T. II. p. 398 sq. Stechow vit. Aesch. p. 66.

κήτος ἢ μὴ πάντα ταῦτα πέπρακται §. 4. Καὶ γὰρ καὶ ἐνιαῦθα, inquit, ἐπὶ κεφαλαίων τὰ ἐγκλήματα προῦθηνεν, ὃν κατ' ἕκαστον ἐξελέγξει καὶ ἀποδείξει. Idemque recte monuit, ne quis oratorem in his quinque capitibus se continere aut eundem ordinem, quem in enumeratione partium tenuisset, etiam in confirmatione (ἐν τῇ κατασκευῇ) sequi debuisset opinaretur: εἰ δὲ ζῆτοῖς, εἰ τοῖτοις τέμνητε τοῖς κεφαλαίοις τὸν λόγον ἢ εἰ τοῖτοις μόνοις ἢ εἰ τῇ τάξει ἐργάσασθε τῆς παραπροσβείας ἐν τῇ κατασκευῇ, λόγον ἴδιον ζῆτεῖς (ζῆτῶν?) θεωρίας καὶ τέχνην τοῦ τῆς παραπροσβείας καὶ οἰκονομίας, οὐκ ἂν ἐρεῖς τὸ μὴ οὐ προετίθεσθαι τὰ κεφάλαια τῶν ῥήτορα, ὃ τῆς προκατασκευῆς ἐστὶν ἴδιον. πολλὸ δὲ διήκουσεν διενήνοχε τεχνολογήσει διδασκαλικὴν θεωρίαν ἢ θεωρήσει δικανικὴν ἀνάγκην λόγον πρὸς τὸ χρησιμὸν τῶν ζητούμενων διοικονομομένων. Denique et hoc adnotavit, illam partitionem a Demosthene modo post prooemium, ut in nostra oratione, modo post narrationem, ut in aristocratea, collocatam esse. Atque haec quidem omnia et docte et utiliter disputata sunt. Sed quod idem Hermogenes sibi animadvertisse videtur, Demosthenem, si non fallere iudices sed rem propositam sincere exsequi in animo haberet, partitionem post narrationem collocare statimque subicere confirmationem, ut in recenti propositionis memoria nihil mentiri intelligeretur, contra si recte quidem proponere videri, proposita autem non confirmare vellet, tum eum post prooemium partiri (προκατασκευάζειν) et narrationem interponere inter partitionem et confirmationem, ut sic partitionis oblivione facta confirmatione quaquam vellet uti liceret: id neque vere dictum esse neque ad nostram orationem quam ille voluit pertinere arbitror. Nam hic quidem se iungi non potuit a narratione confirmatio, sed ipsa narratione continetur, ita ut partitioni nisi post prooemium nullus locus esset, et si orator partitionis oblivionem inducere voluisset, non ipse deinceps eius memoriam excitaturus fuit, maxime §. 177 sqq. neque aliter partitus est, aliter confirmavit. Fallitur enim Hermogenes, quum dicit: καὶ γὰρ ἐνιαῦθα φήσας δεῖν πρῶτον εὐθύνας ἀπειτεῖν ὃν ἀπήγγειλε, τὸ ἀνέθυνος\*) ἐπὶ λόγοις μετὰ πολλὰ τέμνει κεφάλαια. Nam orator primo loco illud caput tractavit (§. 17 sqq.), itemque secundum secundo; reliqua si non eodem ordine, quo in partitione posuit, pertractavit, fecit id, quod oratori permissum esse ipse Hermogenes supra significaverat, fecitque, ut idem animadvertit, cum singulari quadam arte: εἰ δὲ εἰς τὸν λόγον αὐτὸν λέγειν δεῖοι, κατ' ἕκαστον τῶν μερῶν ἰδίως ἐχει τέχνας καὶ ἀπορήτους. Etenim quintum caput (εἰ ἀδοροδοκίως ἢ μὴ), quod ad reliqua omnia cum maxime pertineret, tertio loco tractavit (§. 98 sqq.), quo loco maximam vim habiturum esset; tertium (ὃν προσετάξατε αὐτῷ) ultimo (§. 150 sqq.) cum eoque quartum (τῶν χρόνων), quod et ipsum ad secundam legationem spectat, coniunxit. Magis etiam fallitur Maximus Planudes, qui ad eum locum, quo Hermogenes magnam huius partitionis ad perspicuitatem vim esse docuit\*\*), haec commentatus est (T. V.

\*) Num ὑπέθυνον, ut haec ad §. 182 sq. spectent?

\*\*) De id. I, 4. p. 211. οὐ γὰρ εἰ καὶ δεινός κτλ.

p. 475 sq.): ἔδει γὰρ εἰπεῖν πρῶτον μὲν ὧν προσειάξατε, εἶτα ὧν ἐπεισεν, εἶτα ὧν ἀπήγγειλεν, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο μέγιστον ποιεῖται τοῦ ἐγκλήματος σημεῖον, τὸ τὰ ψευδῆ ἀπαγγεῖλαι τοῖς Ἀθηναίοις, οὗ σωθῆσοντα Φωκεῖς, ἀπολοῦνται δὲ Θηβαῖοι, διὰ τοῦτο τοῦ χρησίμου ἔνεκεν ἀροῖαζεν αὐτὸ καὶ τῆ ἀναξίᾳ ὧς τάξει ἐργάσατο. Similia apud scholiastas T. VII. p. 940 et apud Ulpianum ad §. 4. (cf. tamen p. 92. *W.*) leguntur. Nimirum illi non intellexerunt renunciare quam suadere etiam tempore (κατὰ τὴν φρασὴν ἀκολοῦθαι) prius fuisse, si quidem non quae Aeschines Philippo suaserit, sed quae Atheniensibus, quaeritur (cf. §. 178.), neque reputaverunt, quae Aeschines contra mandatum fecisse arguitur, ea sic tandem satis gravia videri potuisse, si illum et summorum malorum auctorem exstitisse (cap. 1 et 2.) et nihil non pecunia corruptum fecisse (c. 3.) antea probatum esset.

Quam autem nunc iactant praeposteram argumentorum dispositionem neque veteres in hac oratione invenerunt neque ego reperire potui, qui animadvertisse mihi videar omnia recte et ordine procedere. Semel tantum aliquid non suo loco videtur positum esse, §. 234—236, sed consulto illud quidem ab oratore factum esse ostendunt verba μικροῦ γὰρ ἢ μέγιστά μ' ἔδει πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν παρῆλθον, quibus verbis non excusare perversum ordinem voluit, sed dictis fidem facere (vid. Alexandr. de figg. T. VIII. p. 432. Tiber. ib. p. 345. Aristid. IX. p. 381); cetera omnia ita collocata sunt, ut non potuerint melius. Hoc autem quasi summarium totius orationis est:

Postquam orator iudices paucis verbis cohortatus est, ut iustitiam iusque iurandum plaris facere mallet quam studia contentionesque adversarii (§. 1.), et quibus artibus Aeschines adhuc subterfugerit quominus rerum in legatione gestarum rationem redderet, commemoravit (§. 2.), statim ad ipsam rem accedens in tanto temporum intervallo (§. 3) sic demum recte iudicari posse dicit, si reputent apud se iudices quinque capita esse rationis a legato repetendae (4—7). Quibus omnibus Aeschinem obnoxium esse; nam et falsa retulisse et perniciose suasisse et nihil eorum quae mandata fuerant exequutum esse et temporum opportunitates perdidisse et ea omnia pecunia fecisse corruptum (§. 8). Iam ut statim ab initio corruptelae suspicio confirmetur (§. 9.) impressaque in animis iudicum haereat, orator primum memoriam excitat eius temporis, quo Aeschines inter acerrimos Philippi adversarios versatus est, factamque subito, ex quo primum ille ad regem pervenerit, mentis mutationem describit (9—16); deinde quibus mendaciis Aeschines e secunda legatione redux populum fefellerit, quod crimen Aeschinis gravissimum et quasi caput huius causae est, exponit (17—24), ut simul et se nullam eius rei culpam habere (25 sq.) appareat et illum pecunia corruptum egisse (27 sq.) probabile fiat. Deinde ad alterum caput accusationis (ὧν ἐπεισε §. 4.) transgressus, dum expositurus est quo modo Aeschines eiusque socii effecerint ut Phocenses interirent (29.), primum cavet, ne tantae rei suspicio videatur non posse in Aeschinem cadere (29 sq.); tum quia

senatus legationem laude indignam iudicavit, ne haec reprehensio in se quoque cadere videatur, senatusconsultum et testimonium profert, quo id, quod iam supra asseveraverat, se statim post reditum ad senatum vera retulisse, comprobet (31—33). Sed illud senatusconsultum ne in concione recitaretur neve ipse a populo audiretur, Aeschinem vana ista promissa declamasse (34 sq.), deinde Philippi literas recitasse ad excusandos legatos insidiosae scriptas (36—41). Qui quum ita effecisset, ut Athenienses vera audire prohiberentur (42—46), Philocratem decretum pertulisse speciosis quidem verbis conscriptum, sed quo Phocenses ut Philippo se traderent adacti in perniciem ruerent (47—66). Quo loco orator Philippi fortunam praedicat, quod proditores quibus opus haberet invenerit (67—69), Aeschinemque diris, quas praeco publice impreari proditoribus solet, obnoxium esse monet (70 sq.). Neque eum audiendum esse ostendit, si aliam causam interitus Phocensium afferret (72—77) vel si ita consolari cives vellet, ut pro Phocensibus Chersonesum servatam esse diceret (78 sq.) vel denique si miraretur, quod nemo Phocensium ipsius accusator prodisset (80—82). Deinde postquam de periculis exposuit, in quibus civitas post deletos Aeschinis fraude Phocenses versetur (83—87), graviter monet Aeschinem, non quod pax facta sit, sed quod ea pax illius culpa tam turpis tamque reipublicae perniciose evaserit, accusari (88—97), neque eum ita se defendere posse, ut inscitiam vel mentis quandam errorem excuset, sed pecunia corruptum fuisse (98—110), quod tertium caput accusationis pluribus deinceps confirmatur (111—131), ita ut summo ille supplicio dignissimus haberi debeat (132 sq.). Quo supplicio non, quod Aeschines dicitur esse videatur, novas cum Philippo iniuicicias exoriturus esse, sed verisimile esse Philippum, si proditores condemnari viderit, iam de ipso populo bene mereri incepturum, quemadmodum quum Thebanorum legatos frustra pecunia tentasset, facere non potuerit quin ipsam civitatem Thebanorum beneficiis sibi devinciret (134—140). Ita factum esse, ut, dum Thebanis ex illa pace innumerabilia commoda contingerent, Athenienses summa detrimenta caperent, legati autem Atheniensium ditiessent (141—146); non enim quod bellum ab Atheniensibus infeliciter gereretur (multo enim infeliciter Thebanos bellum gessisse), iniquam pacem factam esse, sed quod legati Atheniensium pecunia corrupti essent (147—149). Cuius rei gravissimum argumentum etiam hoc esse, quod legati et quum Athenis proficiscendum esset et in itinere et in Macedonia Philippi gratia nihil non contra atque mandatum a populo fuerat fecissent (150—176).

Sic demonstrata esse quae demonstraturum se supra professus esset (177 sq.), nihilque reliquum esse, quam ut Aeschines condemnaretur, summo dignus supplicio, etiamsi nihil aliud nisi Phocidem et Thraciam hostibus prodidisset (179—181).

Superest, ut adversariorum defensionem occurratur. Itaque ne forte Aeschines conqueratur, quod sibi soli ex oratorum numero verborum rationes reddendae sint, ostendit, qua id necessitate in legato fiat (182—186); tum reicit brevissime eos, qui



civitatem a se turbari regisque animum a republica abalienari clamant (187); deinde ut mirari desinat Aeschines, quod a collega accusetur, ostendit et recte id fieri et saepe factum esse, ut, qui male rem publicam administrassent, a collegis in ius vocarentur (188—191), Aeschinem autem non solum publice, sed etiam privatim in Macedonia turpissime egisse Satyri exemplo comprobatur (§. 191—200). Porro quod Aeschines, quia iusta defensione careat, sese in societatem culpae trahere studeat, accuratissime ostendit se integrum insontemque esse et nihil cum ceteris legatis commune habuisse (201—236). Quodsi fratres Aeschinis precibus intercedant, obtestantur iudices, ne a iure iurato dellecti se sinant neve absolvant eum, qui ipse se condemnaverit actione in Timarchum instituta iisque quae in illa causa ipse dixerit (237—257), et qui ea tempestate in ius venerit, qua iam propter gliscentem in Graecia proditores acerrime animadverti in proditores oporteat (258—268). In qua re iudices et maiorum exemplum (269—275) et quod ipsi olim in Ephialtem aliosque ediderint (276—281) imitari iubet, praesertim quum Aeschines nulla unquam re, ne timarchea quidem actione, de civitate bene mererit (282—287). Cuius quidem frans et improbitas quum civitati magnam ignominiam contraxerit, tamen nihil se magis timere, quam quod iam viros magna inter cives auctoritate florentes non pudeat proditorum causam suscipere (288 sq.). Ita ad Eubulum, Aeschinis patronum, conversus miratur, quid sit quod, quum vel propinquis suis in iudicio adesse noluerit, nunc Aeschini, aliquando adversario suo, opem ferat? quod, quum Philippi osorem se gesserit, nunc eum, qui Philippi partes mercede conductus agat, defendat (290—292)? quod, quum Moeroclem et Ctesiphontem, qui civitatem pecuniola fraudaverint, iudicio persequutus sit, nunc eos, qui ab hostibus pecunia corrupti sint, servari iubeat (293 sq.)? Neque tamen ab illis civitati quicquam periculi imminuisse, sed hos esse maxime timendos, qui hostium partes amplexi uni omnium plurimum in civitate pollere vellent (295—297); id et deorum oraculis indicatum esse (297—299) et humana mente intelligi posse, quandoquidem Philippus non alia re, nisi eorum qui in singulis Graeciae civitatibus summam auctoritatem haberent prodicione, ad tantam potentiam pervenerit (300 sq.); Aeschinis autem prodicionem eo graviore dignam poena esse, quod ille prius inter acerrimos Philippi osores fuerit subitoque pecunia corruptus mentem mutaverit (302—314). Quo loco orator multa, quae iam supra (§. 9. sqq.) breviter dixerat, paullo fusius exponit, recte id faciens eo loco, quo Eubuli defensionem obviam it Aeschinemque nulla iudicium misericordia dignum esse commonstrat, omninoque prudenter fecit, quod sub finem orationis rem odii plenam denuo iudicium animis impressit. Eodem consilio deinde rerum post Olynthum captam gestarum historiam contexuit multa, quae iam supra passim dicta erant, una comprehendens, ut, quanta sint quae Aeschines prodiderit, denuo intelligant iudices (315—328) neve, quin pecunia corruptus fuerit, dubitent (329—331). Denique monet, ne Aeschinem in Charetem invehi patiantur, sed se defendere iubeant (332—336)

neve eius eloquentia sibi imponi patiantur (337—340). Quamobrem iterum ostendit, quantum reipublicae intersit Aeschinem condemnari (341—343).

Quod supra dictum est in his orationibus alterum ab altero fraudis prodicionisque argui, utrumque removere a sese culpam et in alterum transferre, operae pretium esse videtur aliquot exemplis docere, utri eorum maior debeat fides haberi.

Demosthenes XIX, 15 sq. narrat Aeschinem, postquam in priore concione Philocrati adversatus esset, in posteriore (Elaphebol. die 19.), in qua pax confirmari debebat, quum ipse pro sociorum decreto verba faceret atque id ageret, ut aequa pax et honesta fieret, subito Philocratis defensorem exortum gravissima oratione Athenienses monuisse, ne maiorum meminissent neve eorum laudatores audirent, sed ut legem darent, qua ex lege nemini Graecorum, nisi qui ipsis prius opem tulisset, auxiliarentur, atque haec eum dixisse coram legatis, quod Athenienses ipsius Aeschinis rogatu, quo tempore nondum a Philippo corruptus esset, e cetera Graecia accessivissent. Quo loco orator haud dubie de iis legatis loquitur, quos Athenienses post captam Olynthum (ἐν τῷ πολέμῳ πρὸς Φίλιππον ἡμῖν ἐνεσιγχότος Aeschin. II, 58. Cf. Diodor. Sic. XVI, 54) miserant τοὺς ἀνάξοντας δεῖρο τοὺς βουλευσομένους πρὸς τὸν πρὸς Φίλιππον πόλεμον (Dem. §. 10. 304 sq.), non, ut Aeschines II, 57. dicit, ἵνα κοινῇ καὶ πολεμοῦν, εἰ δέοι, Φίλιππον μετὰ Ἀθηναίων καὶ τῆς εἰρήνης, εἰ τοῦτο εἶναι δοκοῖν συμφέρον, μετέχοιεν. Nam de pace quidem tum Athenienses nondum cogitabant. In horum legatorum numero et Aeschines fuit. Cf. Dem. II. cc. cum Aesch. II, 79., quo loco quod dicit ἐγὼ δ' ἐν μὲν τῷ πολέμῳ συνίστην, καὶ ὅσον ἦν δυνατὸς, Ἀρχάδας καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἐπὶ Φίλιππον, neque dubitari potest quin de eadem legatione, de qua supra §. 57 sq. agitur, sermo sit et luculenter ostenditur non fuisse eo consilio missam legationem, ut ceteri Graeci ad belli pacisve communionem invitarentur, et certo certius efficitur, quo tempore Athenis de pace deliberaretur, legatos illos, quorum unus ipse Aeschines fuit, reduces fuisse, nam Aeschines certe tum in urbe adfuit, neque illo modo probari posse videtur legatos, qui non multo post captam Olynthum aestate anni 347. in Peloponnesum missi essent, plus sex menses in legatione consumpsisse, adeo ut Martio mense anni 346. nondum Athenas reversi essent. Nihil tamen minus Aeschines II, 59. non modo legatos ullos Graecorum, sed ne eos quidem ipsos, quos civitas in ceteram Graeciam misisset, quo tempore pax fieret in urbe adfuisse contendit. In qua re quamquam id male nos habet, quod Aeschines sic loquitur, ut appareat nolle eum huius legationis participem fuisse videri, quum tamen fuerit; nam aut refutare Demosthenem et ostendere debebat se non fuisse in eorum legatorum numero, quos ille inter ipsum bellum ad ceteros Graecos missos esse dixerat, aut cur ipse prius quam ceteri legati Athenas redisset, probabiliter exponere; sed quamvis hoc ad excitandam malae fraudis suspicionem idoneum habeatur, tamen Aeschines et actis

publicis et testimoniis legatorum fretus tam confidenter loquitur, ut, nisi aliquid in iis quae affirmat veri inveniatur, immanem hominis impudentiam summo opere demeritis. Iam illud quidem facile ei damus, nullos ceterorum Graecorum legatos tum adfuisse; nam ista Atheniensium legatio eventu caruit (II, 79. Dem. XVIII, 23); damusque illud a Demosthene praeter veritatem dictum esse, „scilicet ut Aeschinem, quem ante legationem adeo Philippi osorem fuisse dicit, ut vel graecas civitates ad belli adversus eum communionem excitare conatus esset, quum ex Macedonia redux prorsus contraria suaserit, corruptum interea a Philippo eo evidentius demonstraret“ (*Winiewsk.* p. 74.)\* cf. *Boeck.* l. l. T. I. p. 74, 4.): non possumus autem etiam alterum dare, Atheniensium legatos tum ab urbe abfuisse. Quid igitur? quam fronte putemus Aeschinem, nisi ceteri legati eo tempore quo pax fieret se ab urbe abfuisse testati forent, summum se supplicium subiturum dixisse? Nolo male suspiciosus esse, etsi eorum hominum, quos Aeschines in legatione ad Philippum collegas habuit, exemplo graviter monemur, ne his testimoniis multum tribuamus. Sed nescimus, quid illi legati, si testimonium dare iussi essent, testati forent, facileque fieri potuit, ut adfuisse se, non abfuisse asseverarent. Quamquam testaturi erant, opinor, se illo tempore ab urbe abfuisse. Scilicet ut id liquido testari possent, Aeschines temporum rationem prorsus pervertit atque eo tempore, quo legati Atheniensium ad ceteros Graecos mitterentur, quos post captam demum Olynthum bello etiamtum flagrante missos esse certum est, Athenis iam de pace deliberari coeptum esse contendit (§. 12 sqq.); ante enim quam captam Olynthum esset (§. 15), et Euboeensium legatos Ctesiphontemque de Philippi in Athenienses benevolentia ad populum retulisse et Philocratem Demosthenis ope decretum illud pertulisse, quo Philippo potestas legatos de pace mittendi daretur. Ita effecit Aeschines, ut et legati suo iure testari possent se eo tempore, quo civitas in pace componenda versaretur (*ἢτε ἡ πόλις τὴν εἰρήνην ἐποιεῖτο*), ab urbe abfuisse, et legatio illa etiam ad pacis societatem ceteros Graecos invitasse videretur. At primum hoc certum est et indubitatum, legationem illam, cui Aeschines interfuit, quae post captam Olynthum missa est, ceteros Graecos non ad pacis, cuius tum Atheniensibus nulla spes aut cogitatio erat, sed ad belli societatem invitasse, idque ipse Aeschines et eo loco testatur, quo se legatum Arcades ceterosque Graecos in Philippum concitasse confitetur (II, 79), et aliis locis vel invitatus (quippe tanta veritatis vis est) prodit: *οἱ δὲ πρόσβεις οὐπω πάρεσιν οὐδ' ἐξέπειψεν ὁ δῆμος εἰς τὴν Ἑλλάδα παρακαλῶν τὰς πόλεις ὑπέρ τῆς ἐλευθερίας τῶν Ἑλλήνων* II, 60. *παρακαλοῦντες ἐπὶ Φίλιππον* III, 58, 68, et maxime his verbis: *δεύτερον δ' ὅπως μὴ μόνον τὴν εἰρήνην ἀλλὰ καὶ συμμαχίαν εἶναι ψηφισθεὶς πρὸς Φίλιππον, ἢ ἂν τινες προσέχουεν τῷ πλεῖθει τῷ ὑμετέρῳ, εἰς τὴν ἐσχάτην ἐμπέσοιεν ἀδυμίαν ὁρῶντες ὑμᾶς αὐτοὺς μὲν παρακαλοῦντας ἐπὶ τὸν πόλεμον, ἄλλοι δὲ μὴ μόνον εἰρήνην ἀλλὰ καὶ συμμαχίαν ἐψηφισμένους ποιεῖσθαι* (III, 65). Quare quod de pace addit II, 57. III, 64. 67 extr., ego quidem

non dubito quin prorsus ementitus sit. Nam ne illud quidem credibile est, Athenienses, quum post reditum illorum legatorum, qui frustra Graecos ad belli societatem compulerant, de pace ineunda deliberarent, eosdem per aliam legationem ad pacis communionem invitasse\*) Aeschinemque duas illas legationes vel mentis errore vel consilii malignitate in unam confudisse. Vide enim quibus gravissimis argumentis Demosthenes XVIII, 22—24. Aeschinem refutaverit. Ceterum illud commentum Aeschinis satis callidum adeo imposuit *Boeckio*, is ut de capta post primum Philocratis decretum Olyntho deque duabus Atheniensium ad Graecos legationibus ne tantillum quidem dubitare sustinerit. Vid. T. I. p. 199. 235. 263. 371. 376. At primum de duabus quidem legationibus, altera ante captam Olynthum missa, quae Graecos ad bellum communiter gerendum exhortaretur, altera post captam Olynthum, ut ad belli pacisve communionem invitaret, a nullo scriptore, ne ab Aeschine quidem, quidquam memoriae proditum est, sed Aeschines, ubicunque eius legationis mentionem facit, qua Graecos nunc ad belli pacisve, nunc ad belli societatem invitatos esse vult, eam dicit, cuius ipse particeps fuit. Qui quod ex Arcadia proficiscens (*ἀπὸν*) in Atrestidam captivos Olynthios secum ducentem incidit (Dem. p. 439), argumento hoc est legatos illos, nisi forte eos iusto plus temporis in ista legatione consumpsisse credis, non posse ante captam Olynthum aestate vel auctumno anni 348, qua tempestate Philocrates e *Boeckii* sententia (p. 371) prius decretum suum tulit, in Peloponnesum missos esse. Omnino ut demus, quod nobis haud ita simile veri videtur esse, Athenienses ante captam Olynthum, quum de felici chalcidici belli eventu haberent sane cur bene sperarent (cf. *Boehn.* p. 219 sqq.), ceteros Graecos ad bellum communiter secum gerendum invocasse: quid caussae fuisse dicamus, cur, postquam prius Philocratis decretum latum et communi populi assensu comprobatum et nequidquam impugnante Lycino ratum factum erat, iterum legatos ad ceteros Graecos mitterent? quonam consilio? Ut eos ad pacem invitarent? At illis pax erat cum Philippo. Ut ad belli societatem traherent? At ipsi ad pacem faciendam parati erant, et etiamsi vel maxime ad bellum continuandum proclives fuissent, tamen, mihi crede, non erant legatos missuri, quos frustra fore eventus prioris legationis aliquot mensibus ante docuerat. At, inquit, interim Olynthum capta est perrexitque Philippus hostiliter in Athenienses agere, hi ut de continuando bello cogitarent. Audirem, si aliquid in ullo vel scriptore vel oratore inveniretur quod huic commento fidem adderet. Nunc sane quam incredibile est, si Philippus, quem prius Euboeenses, post etiam Ctesiphon ad pacem faciendam paratum nunciassent, etiam post latum a Philocrate decretum hostilia in Athenienses facere perrexisset,

\*) Quod eos *Winiewsk.* p. 73. de hac re cogitasse dicit, id neque Dem. p. 439 et 441. neque alio ullo loco probari potest, neque per se probabile est Athenienses eos, quos frustra ad belli societatem vocassent (*πάλαι γὰρ πάντες ἦσαν ἐξέληλεγμένοι*), ad pacis communionem invitatos fuisse.

huius rei ne Demosthenem quidem ullam mentionem facturum fuisse, qui tamen Athenienses ab eo die, quo die spem pacis concepissent, omnem belli apparatus intermisisse dicat (XVIII, 26.). Porro ne quaeram, quam credibile sit Athenienses ante captam Olynthum, quam urbem suis se auxiliis ab interitu servaturos esse et promisissent et iure sperare possent, decrevisse, ut Philippo, quem imminere Olyntho scirent, legatos et caduceatorem de pace componenda Athenas mittere liceret: si, quae *Boeckhii* opinio est, Philocrates prius illud decretum Ol. CVIII, 1. autumno anni 348., alterum autem de legatis ad Philippum mittendis Ol. CVIII, 2. Anthesterione (p. 372.) vel Gamelione (p. 380. 383.) anni 346. tulit, quasnam res interim ab Atheniensibus per hos 16 vel 17 menses gestas esse dicamus? Nihil enim reperitur, quo tanta historiae lacuna probabiliter expleri possit. Verum enimvero non tantum temporis intervallum quantum *Boeckhio* sibi persuasit inter duo illa decreta philocratea interfuisse et res ipsa docet et Aeschini verba ostendunt: *ἔγραψε Φιλοκράτης ἐξῆναι κιλ. τοῦτο τὸ ψήφισμα ἐγράφη παρανόμων. ἦγον οἱ τῆς κρίσεως χρόνοι. κατηγόρει μὲν Λυκίος ὁ γραψάμενος, ἀπελογεῖτο δὲ Φιλοκράτης, συναπελογεῖτο δὲ καὶ Δημοσθένης, ἀπέρρυγε Φιλοκράτης. μετὰ ταῦτα ἐπέει ὁ χρόνος. Θεμιστοκλῆς ἄρχων. ἐνταῦθα εἰσέρχεται βουλευτὴς εἰς τὸ βουλευτήριον Δημοσθένης κιλ. κικῆ γὰρ ἕτερον ψήφισμα Φιλοκράτης, ἐν ᾧ κελεύει ἐλεῖσθαι δέκα πρόβους κιλ. III, 62 sq.* Quibus e verbis colligitur prius Philocratis decretum sub linem Ol. VIII, 1. post captam Olynthum, alterum Ol. CVIII, 2. latum esse. Res enim ita se habere videtur. Quum Euboeensium legati, credo sub linem Ol. CVII, 4., Athenas venissent de pace acturi, in concione populi etiam Philippum ad pacem inclinare nunciarunt, quod etsi non hanc vim habuit, ut statim de componendo bello cogitaretur, tamen aliquid ad praeparandos in eam rem animos Atheniensium contulisse videtur. Non multo post Phryno Rhamnusius a piratis Macedonibus captus est ἐν ταῖς σπονδαῖς ταῖς Ὀλυμπιακαῖς h. e. extrema Ol. CVII, 4. vel ineunte Ol. CVIII, 1. media aestate (cf. *Boehn.* p. 258 sq. *Krause* Olymp. §. 5.), antequam Olynthus expugnata est. Qua in re id male nos habet, quod nescimus, ubinam Phryno a piratis captus (vid. argum. Dem. p. 335.), quoniam abductus, quamdiu a piratis retentus sit, donec pecuniam ad redimendam libertatem sibi comparasset; quid quod ne illud quidem satis certum est, ἐν τῇ ἱερομηνίᾳ, non ante eas ferias vel post demum Phrynonem captum esse, quandoquidem Aeschines, nisi quid ipse ea de re dubitasset, verba ὡς αὐτὸς ἤτιθέτο non adiecisset; sed quidquid id est, non abhorret a veri specie Phrynonem duos tresve menses in Macedonia retentum non prius quam post expugnatam (auctumno) Olynthum Athenas redisse. Ibi rogat, ut sibi legatus ad Philippum adderetur, a quo summam piratis solutam repeteret. Creatus est Ctesiphon, qui quum rediret e Macedonia factus regem bene velle Atheniensibus et ad pacem ineundam paratum esse nunciasset, tum demum Philocrates ineunte anno 347. decretum illud tulit et contra Lycinum defendit. Eodem fere tempore (haud dubie ante quam Lycini actio

in iudicium venisset), quum cives quidam, ut pro cognatis suis Olynthi captis publice intercederetur, populum rogassent (*Aesch.* II, 16), Aristodemus in Macedonia ablegatus est isque postquam re bene gesta in urbem rediit, idem de Philippo, quod Ctesiphon, retulit. Tum Philocrates alterum illud decretum tulit (ineunte Ol. CVIII, 2.), de quo infra plura dicam. Nunc eo redeo, unde digressus sum.

Aeschines ipso sociorum decreto, quod coram iudicibus recitari iussit, causam suam confirmavit II, 60. In quo decreto expressis verbis scriptum fuit, quia populus Atheniensium de facienda pace deliberaret, legati autem, quos in Graeciam misisset ad libertatis studium (id vero est ad bellum) evocatuos, nondum redissent, placere sociis, ut, ubi legati reversi forent deque legatione sua ad populum sociosque retulissent, prytanes duas conciones e legibus edicerent inque his populum de pace consulerent; quicquid autem populo visum fuisset, id commune sociorum decretum fore. Nempe dubitari non potest quin socii Atheniensium tributarii legatos in urbe perpetuos habuerint, non item ceteri, qui cum Atheniensibus foedus aequis conditionibus inierant, ut Phocenses, Olynthii, Cersobleptes, alii. Cf. *Boeckh.* Oecon. civ. Ath. I. p. 499 sqq. Illi igitur legati σύνεδροι dicuntur iidemque sunt, quorum decretum (δόγμα, non ψήφισμα) apud Demosthenem et Aeschinem commemoratur. Sed tamen permirum illud sociorum decretum est. Licet enim moris fuerit, ut de gravioribus rebus socii senatus Atheniensis auspiciis deliberarent suumque decretum populo traderent (δόγμα ἐξενεργεῖν εἰς τὸν δῆμον *Boeckh.* C. I. 1. p. 898 sq. *Franz* elemm. epigr. p. 166.): tamen quis credat synedrio sociorum permissum fuisse, ut etiam quot aliqua de re conciones haberentur praescriberet? Quid vero? illae duae conciones quatenam tandem fuerunt? Nam de pace actum est Elaphebolionis diebus XVIII. et XIX. idque non e sociorum, sed e Demosthenis decreto (*Boehn.* p. 390), videnturque socii illo suo decreto nihil aliud quam probari a se quoque Demosthenis rogationem significare voluisse. Atque idem illud decretum sociorum, non aliud, ut *Boeckhio* visum est p. 392., Aeschines etiam III, 69 sq. profert, sed ita profert, ut ipse secum pugnet et dissentiat. Iam enim non duae conciones edictae sunt sociorum decreto, iam nihil in eo de expectandis legatis Atheniensium perscriptum est, sed haec duo capita habuit, ut Athenienses de pace agerent, non item de foedere, et ut ceteris Graecis si qui vellent intra trimestre tempus pacis societatem facere liceret. Atque hoc quidem loco Aeschines, si quid coniectare licet, propius a veritate abesse videtur, siquidem probabile est nihil aliud quam rogatum a sociis esse, ut, quoniam Atheniensibus placuisset pacem fieri, et ad se illa pax pertineret et ad ceteros Graecos, quicunque intra tres menses nomen suum professi forent. Sed quod sic scriptum erat in illo decreto: ἐπειδὴ ἔδοξε τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων περὶ εἰρήνης συμβουλευέσθαι, non additum erat καὶ περὶ συμμαχίας, id calumniandi materiam Aeschini praebnit, qui rem ita narrat, quasi socii, ne de foedere deliberaretur, vetuissent (II, 61. III, 69.), et cives pacem futuram, non futurum foedus esse



rati e priore concione, in qua decretum illud recitatum est, domum discessissent (III, 71), nihilque curat, quam debeat absurdum videri et ridiculum, quod eos propter provocatos ad belli societatem Graecos (διὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων παράκλησιν) a foedere, non item a pace faciunda, abstinere voluisse dicit (III, 71. coll. 65.) Verum enimvero haec et alia multa Aeschines impudenter ementitus est. Scilicet ille persuasum habebat, quod Hegesippus, vel si quis alius orationem de Halonneso scripsit, Philippo ab amicis suis persuasum esse dicit, ὡς οἱ Ἀθηναῖοι οὐ μνημονεύουσι τὰ ἐν τῷ δήμῳ εἰρημένα (§. 18).

Sed in ea ipsa causa, in qua versamur, aliud Aeschines mendacium deprehenditur. Negat enim Aeschines, id quod sibi a Demosthene exprobratum esset, in altera se concione pro Philocrate verba fecisse vetuisseque, ne populus maiorum meminisset aut maiorum laudatores audiret neve Graecis auxilium ferret (§. 15 sq.); negat autem tam gravibus usus tanque firmis argumentis, quibus nemo sanus videatur fidem posse denegare. Nam luce clarius ostendit omnino fieri non potuisse, ut illo die pro concione diceret. In eam rem Demosthenis decretum profert, quo cautum erat, ne quis in illa concione ad populum verba faceret (§. 65.); \*) itaque etiamsi voluisset pro concione loqui, proedros non fuisse concessuros (§. 65 sq.). Deinde Amyntoris, viri fide digni (§. 64.), testimonium affert, quo ille testatur Demosthenem in ea concione, in qua pro suggestu dicendi potestas data non esset, decreti formulam, quam ipse de pace et foedere scripsisset, secum communicasse et quaesisse, num populo ad sciscendum proponeret, idque decretum in eandem sententiam, in quam Philocratis, scriptum fuisse (§. 67 sq.). Ita Aeschines illud quidem effecisse videtur, ut eum in ea concione, qua pro Philocrate verba fecisse argutus esset, necessario tacitum et quietum fuisse appareret. Quamquam quum ipse ea se dixisset, quae ei a Demosthene (§. 16.) exprobrata sunt, haud perplexe confiteatur §. 69—77 \*\*), velles distinctius et disertius, quo die quae in concione illa oratio habita esset, indicasset. Nunc ex his verbis: ποιεῖ δὲ μὴν τὴν δημηγορίαν ὁ μὲν κατηγορὸς διαρετὴν, τὸ ψήγισμα δὲ καὶ ἀληθὲς μίαν §. 66, conicias Aeschinem illa in priore concione, qua se pro sociorum decreto verba fecisse confessus erat (§. 61.), dicta velle videri. Porro omissum velles Amyntoris testimonium. Nam ridiculum est, quo modo non se, sed Demosthenem cum Philocrate conspirasse probatum iuit. Sed tamen hoc certum esse dicas, Aeschinem in altera concione nihil quicquam verborum fecisse Demosthenisque mendacium satis esse apertum. Iam mihi vide quomodo Aeschines eadem de re in ctesiphontea exponat. Hic enim nihil de decreto Demosthenis, quo vetitum esset, ne quis in altera concione verba faceret, nihil de proedris intercessuris scilicet, si quis in suggestum ascenderet, nihil

\*) Vide sis hoc decretum ex Aeschines mendacis effectum a Boecknio p. 390, 18.

\*\*\*) Vide quomodo Ulpianus ad Dem. f. l. §. 16. Aeschinem defenderit.

de Demosthene decreti formulam secum habente et dubitante, num proedris traderet, sed simulatque cives in concionem convenerunt, statim Demosthenes occupato suggestu, dum nemini dicendi copiam facit, longa oratione effecit, ut e Philocratis decreto foedus decerneretur (§. 71 sq.). Viden Aeschinem ita secum ipsum pugnare, magis ut non possit? Neque enim quisquam haec ita componi et conciliari posse simulet, ut Aeschines in secunda oratione id, quod ex decreto fieri debuerit, in tertia id, quod contra decretum factum sit, exponere statuatur (cf. Boecknio. I. p. 395, 6.), sed haec tam inter se contraria sunt ac repugnantia, ut Aeschinem altero utro loco aut utroque mentitum esse appareat. Quare non iniquum fuerit etiam hac in re Demostheni fidem habere. Cf. Westerm. de litt. p. 42 sq.

Porro si Aeschinem audimus, quum Philippus per Euboeensium legatos, per Phrynonem et Ctesiphontem Atheniensibus paratum se ad pacem componendam venditasset, Philocrate auctore decretum est, ut Philippo caduceatorem et legatos de pace Athenas mittere liceret. Quod propter decretum quum Philocrates a Lycino quodam παρανόμων accusatus esset, quippe ἀνόσιτος ἔχων i. e. mala valetudine quominus ipse causam diceret prohibitus Demosthenem patronum (συνήγορον) advocavit, qui suscepta causa totam diem in eam rem insumpsit et denique sua contentione ut absolveretur Philocrates effecit. Nullam huius rei mentionem a Demosthene in or. de f. l. factam videmus. Quid quod ille XVIII, 21. plane negat se unquam inter eos fuisse, qui Philocratem defenderent (ὁ δ' ἐδεξάμενος καὶ γράφας καὶ ἐναντὶν μετὰ τούτων μισθώσας ἐπὶ ταῦτα Φιλοκράτης ὁ Ἀργεῖος ὁ σὸς Ἀσχίνη κοινοῦς, οὐχ ὁ ἐμὸς, οἱ δὲ συνειπόντες διὰν δήποτε ἔνεκα—Ἐὐβόλιος καὶ Κρητισσοφῶν, ἐγὼ δ' οὐδὲν οὐδέμου), eamque rem ait ipsa veritate comprobata atque confirmatam esse (§. 22.). Utri igitur fidem habebimus? Demostheni, opinor. Nam Aeschines ipse sibi non satis constitit. Dum enim in altera oratione Philocratem narrat ante captam Olynthum, quo tempore Athenienses nondum de pace facienda cogitarunt, decretum pertulisse, ex quo decreto Philippo legatos cum caduceatore Athenas mittere liceret, post captam autem Olynthum, quum rex per Aristodemum histrionem suam erga Athenienses voluntatem denuo significasset, alterum decretum scripsisse de mittendis legatis, qui cum Philippo de pace agerent (οἵτινες διαλέξονται Φιλίππῳ περὶ εἰρήνης): in ctesiphontea §. 62 sq. neque illa temporum distinctio reperitur, quandoquidem nihil aliud nisi prius decretum sub finem Ol. CVIII, 1., alterum initio Ol. CVIII, 2. latum esse indicatur, neque causa ulla notatur, cur alterum decretum a Philocrate scriptum esse intelligas, et ipsum illud decretum aliis iam verbis compositum exhibetur: ἐλέσθαι δέκα πρόσβεις, οἵτινες ἀρκεῖσθαι πρὸς Φιλίππον ἀξιώσουσιν αὐτὸν δεῦρο πρόσβεις ἀποκράτορας (scil. cum caduceatore, ut e vv. sqq. patet) αἰμίτων ἐπὶ εἰρήνης. Hoc autem tale decretum ut scriberet Philocrates, quis enim iterata demum per Aristodemum regiae voluntatis significatione motum fuisse credat? potuitne aliter? satisne erat decernere, ut Philippo legatos de

pace mittere liceret, nisi etiam nuntius huius rei publice ad Philippum perferretur? Itaque consentaneum vel potius necessarium fuit, ut Philocrates, postquam prius decretum pertulit, etiam de mittendis legatis rogaret, qui illud decretum ad regem perferrent eumque ad legatos mittendos invitarent. \*) Neque tamen in hac una re sibi non constitit Aeschines, qui quod in altera oratione narraverat, Philocratem valetudinis infirmitate quominus ipse se defenderet prohibuit fuisse Demosthenemque solam eam causam egisse, id in ctesiphontea prorsus ignorat: *κατηγόρει μὲν Λυκίως, ἀπελογεῖτο δὲ Φιλοκράτης, συναπελογεῖτο δὲ καὶ Δημοσθένης* §. 62. Itaque quum in re sat gravi sibi non constitit, tutius erit Demostheni credere. Neque enim ea ratio, qua *Westermannus* p. 34. utrumque oratorem inter se concinnare studuit, probari potest. Verum est quidem non negasse Demosthenem Philocratem a Lycio reum factum esse; nam huius rei ne mentio quidem ulla apud Demosthenem facta est, ita ut, utrum negaturus fuerit, si forte cogitatio in eam rem incidisset, necne, sciri nequeat; verum est item, id negare Demosthenem, se Philocratem defensivisse; sed portentum est quod fingit *Westermannus*, Demosthenem a Philocrate advocatum verba fecisse non ad defendendum Philocratem, sed ad pacem, quam profuturam Graecis esse arbitrabatur, Atheniensibus commendandam, quod quum civibus persuasisset, sequutum esse, ut Philocrates absolveretur, quippe cuius causa, prout ipsa pax aut probaretur aut reiiceretur, stare aut cadere deberet. At enim agebatur res in iudicio, in quo qui defensoris partes susceperat, non poterat omnia ea ipsa re, de qua indices sententiam latari erant, in alia omnia exspatiari, sed illud Demosthenes probare indicibus et persuadere debebat, Philocratis decretum *ἔνομον*, non *παράνομον* esse, fierique non potuit, ut defensio rei pacis laudibus continueretur. Itaque quum Demosthenes neque pro Philocrate verba fecisse neque in eandem sententiam, quam Philocrates, loquutus esse videatur, erepta nobis est illa Demosthenis et Philocratis olim consensus, ex qua Aeschines eam quam Demostheni exprobrat perpetuam cum Philocrate continuationem sumpsisse videatur (*Westerm.* p. 34.). Neque vero causa huius mendacii in tam egregio calumniandi artifice longe repetenda est, qui paucis annis ante, quum timarcheam dicebat, eandem rem sibi eripi noluerit (*ψέγων τὴν εἰρήνην τὴν ὑπὸ τοῦ καὶ Φιλοκράτους γεγενημένην* §. 174.), quam post in summo periculo, ut in Demosthenem converteret (*τὴν μὲν τοίνυν κοινωνίαν τῶν περὶ τῆς εἰρήνης πράξεων οὐκ ἐμὴν καὶ Φιλοκράτους, ἀλλὰ Δημοσθένος καὶ Φιλοκράτους ἐδύσατε* II, 56.), omni vi molitus est, praesertim quum ipse eam rem civibus suis vix probari posse sentiret (III, 60.).

\*) Ipsi Aeschini hoc alterum Philocratis decretum nihil a priore differre visum esse patet ex his verbis, quibus de illo usus est III, 63: *ὁ μὲν γε τὴν ἔξουσαν δέδοκε τοῦ θεοῦ κήρυκα καὶ πρόβειν πέμπειναι, ὁ δὲ τῆ προβείας ἀπέδειται.*

Philocrate\*) igitur auctore decem legati creati sunt, in quibus Aeschines, Demosthenes, Philocrates. Reliqui legati erant: Phryno (Aesch. II, 8.), Aristodemus (19.), Eutrocles (20.), Cimo (21.), Ctesiphon (42.), Dercyllus (47.), Nausicles, quibus a sociis Aglaocreon Tenedius (20.) additus erat. Haec quidem legatio, quia periculum in mora erat necdum in Philippi tutelam quisquam se permiserat, properato abiit ac Macedoniam petiit (Dem. XIX, 163.). Breviter rem perstringit Demosthenes, fusa lateque de ea exponit Aeschines II, 20—39. Narrat ibi iam in itinere molestum sese ac superbum praeuisse Demosthenem, eloquentiam mire iactantem (*τοιαῦτα ἐρεῖν ἔρη ὅστε ἀποδέχων τὸ Φιλίππου στόμα ὀλοσχοῖντο ἀβρόχῳ* §. 21.); tum postquam ipse magnifice coram Philippo et audacter loquutus esset, illum plane excidisse et statim in prooemio obmutuisse, postremo despectum a Philippo et quodammodo deceptum ira et pudore frustra conflagrasse. Deinde fraudes exponit, quas, quum Athenas revertentur, Demosthenes struxerit (40—43); scilicet pacto quodam cum Ctesiphontem atque Aeschinem obstrinxisse, ut coram populo Philippi laudes dicerent, Aeschinem quoque, ut ipsum quaedam de Amphipoli ad Philippum dixisse diceret; iam reduces factos redditaque regis epistola legatos valde a Demosthene laudatos, coronatos, ad publicas epulas vocatos esse (45 sq.), denique quum legationis rationem populo redderent atque ex composito Ctesiphon et Aeschines dixissent quod convenisset, Demosthenem surrexisse, legatos vituperasse, quod magis tempus tererent, epistolam regis praeclegisse, ad deliberandum vocasse populum, perorasse denique his verbis: *ἐγὼ δὲ ψήφισμα γράψω καὶ τῷ κήρυκι στείλασθαι τῷ παρὰ Φιλίππου ἔχοντι καὶ τοῖς μέλλοντι περ' αὐτοῦ δέηρο ἵνα πρόβειν, καὶ τοὺς προτιάνεις, ἐπειδὴν ἴκωσιν οἱ πρόβειν, ἐκκλησίαν ἐπὶ δύο ἡμέρας ποιῆν μὴ μόνον ὑπὲρ εἰρήνης, ἀλλὰ καὶ περὶ συμμορίας, καὶ τοὺς πρόβειν ἡμῶν, εἰ δοκοῦμεν ἄξιοι εἶναι, ἐπανέσαι καὶ καλέσαι ἐπὶ δεῖπνον εἰς τὸ προτιάνειν εἰς ἀθήναις* (§. 53.). Horum omnium nihil apud Demosthenem, qui ante secundam legationem nihil omnino factum esse dicit quod non sanari potuisset (XIX, 150.), sed in prima iam Aeschinem a se petisse contendit, ut Philocratem, hominem improbum, una custodirent (§. 13.), quod tamen Aeschines in mentem sibi venire potuisse vehementer negat (II, 20.). Haec omnia ita comparata sunt, ut, quoniam Aeschines criminationes non argumentis, sed novis criminationibus refutare solet, deest autem Demosthenis ad istas novas criminationes responsio, quid verum sit quidve fictum, conici magis quam pro certo affirmari queat. Ac primum verum esse puto quod ait Demosthenes, petisse a se Aeschinem, ut una Philocratem custodirent. Quis enim dicat hoc satis esse ab Aeschine refutatum his verbis: *πῶς γὰρ ἂν ἐγὼ Δημοσθένην ἐπὶ Φιλοκράτην παρακάλωον, ὅν ἴδεν συναπτόντα μὲν Φιλοκράτη ὑπὸ τῆν ἢ τῶν παρανόμων γράφῃ, προβλήθῃντα δ' εἰς τὴν προβείαν ὑπὸ Φιλοκράτους;* modum excedit Ae-

\*) Sunt haec ex *Westerm.* p. 35 sq. exscripta.

schines, qui, ut intima consuetudine coniunctos fuisse Demosthenem et Philocratem evincat, omnia cupidissime arripit, ex quibus suspicio vel levissima oriri possit. Constantem contra Demosthenis aequitatem licet annuadvertere, qui quamquam item Aeschines cum Philocrate coniunctionem ostendere vult, hanc tamen ad veritatem accommodare non ab initio statim legationis (tum enim petiit Aeschines, ut bestiam illam una custodirent, id quod caeco ardore abreptus Aeschines ne vidit quidem in suam potius laudem verti posse), sed ex quo demum Athenas ex Macedonia revertissent, exortam esse dicit. Hinc etiam reliqua, quae de itinere, de oratione coram Philippo habita, de reditu narrat Aeschines, non temere credenda, licet saepe numero ad reliquos legatos tamquam testes provocet, dempta oratoria rerum exaggeratione ad hanc fere summam referenda esse videntur: legati pacis faciendae causa in Macedonia proficiscuntur: a Philippo benigne excepti facta dicendi potestate ex ordine prout quisque aetatis est loquuntur: Demosthenes natu minimus omni iam a praecedentibus dicendi materia consumpta pauca disserens de Amphipoli (quis enim credat Aeschinem, quod refert §. 43., obtemperasse petenti Demostheni, ut, quamvis nihil dixisset de Amphipoli, tamen aliquid eum dixisse diceret? \*) brevi obmutuit: post reduces facti legationem referunt, Philippi comitatem, dexteritatem, eloquentiam laudant: Demosthenes haec iam mittenda ac de ipsa pace deliberandum esse admonet.<sup>66</sup>

Porro de Cersoblepte \*\*) Demosthenes narrat Aeschinem et Philocratem in altera legatione effecisse, ut ille contra decretum Atheniensium (decreverant enim ἀποδοῦναι δὲ καὶ Κερσοβλέπτην Φίλιππον τοῖς ἕρκουσι §. 181.) a pacis foederisque societate arceretur (§. 174); nihil addit praeterea. Nam quod Aeschines dicit: τὴν δὲ πρὸς ἡμᾶς εἰπεῖν ὁ κατηγορῶν, ὅς ἀπὸ τῶν ἱερῶν ἐγὼ Κριτόβουλον ἀπέλασα τὸν πρῶτον τὴν παρὰ Κερσοβλέπτην κτλ. §. 86., cave te in eum errorem induci patiari, ut Demosthenem aliter dixisse, aliter scripsisse existimes, quae Boeckii (l. p. 399, 5.) opinio videtur esse. Scilicet Aeschines, quum defensionem meditaretur, conscientia improbe factorum agitatus facile praevidit etiam illius proditiōnis memoriam refricatum iri, sed quo id modo quibusve verbis accusator facturus esset, id vero praevidere non potuit. Instituit autem ea uti defensione, \*\*\*) ut illud crimen totum in Demosthenem averteret, eamque rem §. 81. aggressus est. Quo loco statim hoc aliquam offensionem habet, quod exordium quo Aeschines utitur ad ipsam rem nihil pertinere videtur. Praefatur enim se et in priore legatione et in altera quae vidisset, quae audisset, sic ut vidisset audissetque retulisse; itaque vidisse se (scilicet in posteriore legatione) Cersobleptae filium obsidis loco apud

\*) Imo Aeschines nihil de Amphipoli dixisse videtur. Vid. Dem. XIX, 233.

\*\*) Cf. Westerm. p. 44. sq.

\*\*\*) Uni Boeckio (l. p. 400) Aeschines se ipsum sat defendisse visus est.

Philippum teneri: \*) at hoc ipsum Aeschinis culpa factum esse, ut Philippus Cersobleptem debellare obsidemque filium eius secum abducere posset, Demosthenes arguerat; vidisse se in priore legatione, quum a rege discessuri essent, Philippum in Thraciam cum exercitu proficisci paratum: at eo enixius id agere domi debebat, ut altera legatio citissime ad Philippum proficisceretur, quia sic tantum sperari poterat Cersobleptem servatum iri, eoque minus et seram profectioem et lentum iter excusare poterat. Nam ut verum sit, quod Charetis literis §. 90 sq. probari vult, Cersobleptem iam Elaphebolionis die 23. vel 24., igitur ante quam altera legatio Athenis profecta esset, debellatum perditumque fuisse, tamen hoc neque tum Athenis comperitum esse potuit neque quidquam causae afferre, quominus legati ad Philippum properarent servatari, quicquid servari posse videretur. \*\*) Sed ut ut est, Aeschines non satis sibi visus est fecisse, si Cersobleptem a se servari non potuisse demonstrasset, sed Demosthenem, quantum in eo fuerit, Cersobleptem prodidisse arguit. Nempe narrat in ea concione, quae Elaphebolionis die 24. habita est \*\*\*) (nam in ea, in qua pax decreta est, Elaphebolionis die 19., Cersobleptis nullam factam mentionem esse), Critobulum Lampsacenum, Cersobleptis legatum, rogasse, ut Cersobleptes ad pacis foederisque societatem admitteretur, quumque in eam sententiam scriptum decretum Alexinachi recitatum esset, Demosthenem, qui ei concioni praesidebat, negasse se populum ea de re in suffragia missurum, nihilo minus tumultu et clamore concionis effectum esse, ut invito Demosthene in suffragia iretur, decretumque Alexinachi, in quo scriptum erat ἀποδοῦναι τοῖς ἕρκουσι Φίλιππον μετὰ τῶν ἄλλων συμμάχων τὸν ἕρκονα παρὰ Κερσοβλέπτην §. 83., populi suffragiis comprobatum esse. †) Itaque post dimissam concionem socios (tacet de Critobulo) in praetorio Philippi legatis iusiurandum praestitisse (82—86.). Haec omnia quamvis omni testimoniorum

\*) Cf. Boehn. I. p. 373., qui cur verba filium Cersobleptis obsidem secum ducens (sc. rediit) postea deleri iusserit (p. 634) ineptique scholioli gratia eam rem non tum demum, sed iam ante factam esse statuerit (p. 403, 3.), non magis intelligitur, quam qui factum sit, ut Cersobleptes, cuius scilicet filius a Philippo tamquam deditiois pignus retineretur, rebellare auderet.

\*\*) Quod hoc negat Boeckius p. 401, 2., scilicet non satis secum qui tum rerum status fuerit reputavit.

\*\*\*) Aesch. II, 90. vix potest dubitari quin turbatos numeros (cf. III, 73. Winiewsk. p. 100\*). Westerm. p. 44. Boehn. I. p. 398, 5.) Voemelius (prolegg. ad Dem. de pace p. 257, 2.) recte restituerit, cui miror quod C. Fr. Hermannus (epicr. quaest. de proedris p. 21. Gotting. 1843.) non assenserit.

†) Nam quod Boeckius p. 399, 5. dicit non videri Alexinachi rogationem a populo probatam esse, aperte errat. Vid. II, 86. ἐψημισμένον τοῦ δήμου. Dem. XIX, 174. Κερσοβλέπτην (ἐκαστόν ἀπέφηναν) παρὰ τὸ ψήγισμα. Itaque cave credas eidem Boeckio p. 404. tum primum, quum nuntius de clade Cersobleptis Athenas allatus esset, decretum esse ἀποδοῦναι δὲ καὶ Κερσοβλέπτην Φίλιππον τοῖς ἕρκουσι (Dem. XIX, 181.), sed si quid tum eiusmodi decreverit, iterarunt id, quod prius frustra decretum fuerat, neque veri dissimile est, quod Ulpianus ad Dem. XIX, 162. narrat, Euclidem legatum tum ad Philippum missum esse, qui res in Thracia gestas conquereretur.

genere muniantur et confirmantur, tamen per se sanequam incredibilia sunt. Ac ne Charetis quidem testimonio multum tribuerim. Nam si Elaphebolionis die 23. vel 24. sacer mons expugnatus, Cersobleptes devictus, omnis res in Thracia confecta esset et profligata, quid erat quod Philippus, cuius multum intererat expeditionem in Phocenses accelerare, in Thracia moraretur? Atqui ex oratione super Halonneso (l. 36 sq. scimus Σφύρον τείχος et Ἐγγύον et Ἰερὸν ὄρος, quo Cersobleptes confugerat, Munychione, non Elaphebolione expugnata esse. Itaque quum rex Thargelionis demum die 22. Pellam redierit, facile credas legatos, si recta ad Philippum tendere \*) quam tres et viginti dies in longis itineris ambagibus consumere et totidem fere dies Pellae desidere regisque adventum expectare maluissent, aliquid saltem Thraciae servare potuisse. Tum etiam hoc mirum est, quod Aeschines, quum sua culpa Cersobleptem perisse neget, tamen cuius tandem illa culpa fuerit, tacet. Demosthenis enim, nisi ineptissima quaeque scholiastae (ad Aesch. II, 84.) credenda sunt, non fuit, quem quidem fenstra tentasse, ut Cersobleptes a foederis societate prohiberetur, ipse Aeschines narravit. Itaque restat, ut Philippi fuisse dicamus, qui quem Athenis per legatos suos inter socios reciperet, eum vi armorum aggressus est. Recte enim *Westermannus* p. 45. „si proditum esse, inquit, Cersobleptem dicit Demosthenes, hoc alio tempore factum fuerit necesse est, et quidem eo, quo Philippus ipse cum sociis iusurandum legatis dedit Atheniensium; noluit autem iurare in formulam Atheniensium, in qua omnes socii continebantur, sed ipse Phocenses atque Cersobleptem exclusit, ne hinc Thraciam reddere, ab istis sese abstinere cogeretur, ad hoc corrigentibus ad eius arbitrium, si fides est Demostheni habenda (XIX, 174. 159. sq.), decretum sive formulam pacis Aeschine et Philocrate: Quamquam facile concedas Philippi legatos, quum iusurandum in praetorio praestaretur, primo recusasse, quominus Cersobleptis legatus admitteretur, quippe quem a Philippo reiectum iri pro certo affirmarent, in eandemque sententiam fortasse etiam praetores quosdam dixisse, quibus concessis minuitur Philippi culpa, non tollitur: tamen quis falsario, qui epistolam Philippi fabricatus est (p. 160. §. 8), credat praetores ausos esse, quem populus iusserat ad iusurandum admitti, eum tamquam hostem civitatis repellere? Verum vel sic nequaquam perficias, ut Aeschines minus mendax fuisse videatur. In ctesiphontea autem non dubitavit rem, ut acta est, planis verbis dicere. Quid ita? quia ibi Cersobleptem ad foederis societatem admissum esse negat; itaque Philippum reprehendi non posse, quod, antequam pacem iurasset, fecerit quae e re sua essent, i. e. Thraciam subegerit (III, 65 sq. cf. Dem. XVIII, 27.). Omnino memorabile est, quantopere hac in causa Aeschines secum ipse discrepet. In ctesiphontea enim, quae quo maiore temporis intervallo a rebus gestis abesset, eo maiorem mentiendi calumniandique licentiam habere videtur, Demosthenem cum Philocrate id egisse narrat,

\*) Cf. Boeckh, de Soph. Antig. p. 186, 1).

ut Cersobleptes Philippo proderetur. Itaque in ea concione, quae Elaphebolionis die 24. habita est, in qua supra narravit Critobuli, qui a Cersoblepte legatus missus esset, rogatu frustra renitentem Demosthenem decretum esse ut Cersobleptes in pacis foederisque societatem reciperetur, in ea igitur concione repente nihil quidquam tale factum est, imo ne adest quidem ullus legatus Cersobleptis eaque ipsa re Demosthenes et Philocrates ad excludendum Cersobleptem callide nisi sunt, quippe qui decretum pertulerint, quo legati sociorum illo ipso die Philippi legatis iusurandum praestare inberentur. Ita effecerunt, ut Cersobleptes, cuius nullus illo die legatus in urbe adesset, non posset pacis foederisque particeps fieri (III, 73 sqq.). Atque etiam his fidem facit Aeschines ipso illo decreto recitando. Quid autem? nonne etiam haec duplicem maleque mendacem Aeschinem satis superque coarguunt? Non ignoro quidem ea, quae Aeschines de Cersoblepte narrat, ita componi et consociari posse, ut statuamus in ea concione, cui Demosthenes praesidebat (Elaph. die 24.), Philocrate auctore decretum esse, ut illo ipso die post dismissam concionem legati sociorum, qui ἀνέδοται vocantur, iusurandum darent, deinde Critobulum, Cersobleptis legatum, non ἀνέδοται, prodisse atque ut Cersobleptes ad pacis foederisque societatem adscriberetur postulavisse idque Aleximachi rogatu, sive refragatus est Demosthenes sive non est, decretum et factum esse. Sic hoc sane elicitur, ut Aeschinem non magis illa testimonia, quae in secunda oratione profert, quam Philocratis decretum, quod in tertia recitari iubet, finxisse vel mutasse vel in suam sententiam detorsisse intelligamus; nam praeterquam quod Demosthenes Critobulo refragatus esse dicitur, nihil in his reperitur, quod non videatur veritati consentaneum esse; sed non efficitur, ut Aeschinem non altero utro loco impudenter mentitum esse appareat. Nam quod altero loco posuit, frustra tentatum a Demosthene esse, ut Cersobleptes reciperetur, id altero negat, et quod illic aperte, verbis et oratione, non clandestina machinatione tentatum eventu carnis narrat, id hic callido artificio Philocratis, quem Demosthenes in ea re adinvaret, effectum esse affirmat, et ita affirmat, ut, si verum est quod supra dixi, synedrium sociorum nihil quidquam ad Cersobleptem pertinuisse, impudentissimum haberi debeat.

Quod si dubium videri potest, num Cersobleptes Aeschinis culpa an Philippi perierit, certum est Phocenses ab Aeschine proditos esse. Vide quae res sit. Postquam Athenienses cum sociis, quorum legati aderant Elaphebolionis die 24. (Mart. 25.), pacem iurarent, Demosthenes Philippum, quem Thraciae imminere sciret, quam primum iureiurando obstringendum esse ratus in concione suadet, ut legati ad iusurandum a Philippo exigendum paullo ante (inter Elapheb. dies 19. et 24.) electi, in quorum numero ipse cum Aeschine fuit, quam citissime ad Philippum proficiscentur, delataque senatus maturandae eius rei potestate Munychionis die 3. (April. 2.) auctor fuit, ut senatus iuberet ἀπέλθαι τοὺς πρόξενους τὴν καρίστην, τὸν δὲ στρατηγὸν Πρόξενον κομίζειν αὐτοὺς ἐπὶ τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἔν ὄντα Φίλιππον πυνθάνεσθαι



(Dem. XIX, 150—154. XVIII, 25 sqq. Aesch. II, 91 sq.). Nihilominus legati neglecto senatus consulto terrestri itinere profecti tertio et vicesimo ab urbe die Pellam veniunt; ibi, dum Philippus Thraciam subigit, viginti septem dies otiosi desident; tandem rex Thargelionis die 22. (Mai. 21.) e Thracia cum exercitu redit statimque iter in Phocidem parat. Quod ingressus Scirophorionis demum initio Pheris in deversorio iusiurandum praestitit, sed ita, ut Halenses et Phocenses, Atheniensium socios, pace excluderet (Dem. XIX, 159 sq. 174 sq.). Itaque legati Atheniensium a Philippo cum epistola excusatoria dimissi post tres menses Scirophorionis die 13. (Iun. 10.), rege iam tum Pylis imminente, Athenas reverterunt eiusdemque mensis die 16. ad populum de legatione referunt. In hac ipsa concione Aeschines et Philocrates populum de Philippi ad Thermopylas adventu sollicitum bono animo iubent esse; scilicet venisse regem ad res ita componendas, uti e republica Atheniensium foret; paucos dies exspectarent, tum coercitos Thebanos, Thespias Plataeasque instauratas audituros esse (Dem. XIX, 19 sqq. 42. 74. XVIII, 35.). Quibus promissis populum ita occaecarunt, ut non modo Demosthenem, quum is contra dicere vellet, vana spe illectus audire nollet (Dem. XIX, 23. 45.), sed etiam Philocratis decretum, quo collaudaretur Philippi consilium Phocensesque ad templum delphicum Amphictyonibus tradendum graviter admonerentur (Dem. XIX, 47 sqq.), probaret et legatos, qui hoc decretum ad Philippum deferrent, crearet. In legatorum numerum Demosthenes et Aeschines electi sunt; at ille quidem legationem statim eiuravit, Aeschines duobus demum vel tribus diebus post, Scirophorionis die XVIII s. XIX, quinque vel sex diebus ante Phalaeci pactionem (Dem. I. c. 129 sq. cf. Aesch. II, 135.), morbum excusavit. Itaque factum est, ut frater in eius locum a senatu substitutus cum ceteris legatis abiret. Eodem tempore Philippus Athenienses vel una (Aesch. II, 137.) vel duabus epistolis (Dem. XIX, 51) \*) invitavit ἐξίέναι πύργῳ ἢ δυνάμει βοηθήσαντας τοῖς δικαίοις, quo magis et conspiret Atheniensium animos et Phocenses omni spe auxilii privatos in summum timorem coniceret. Interea Phalaecus, dux Phocensium, de Atheniensium defectione circiter Scirophorionis die vicesimo per legatos suos (πρόσβεις Dem. XIX, 59. δημοσιόφρονες Aesch. II, 130.) certior factus, desertus etiam a Lacedaemoniis (Dem. XIX, 50.), Scirophorionis die tertio et vicesimo (Iun. 20.), quarto post pacem factam mense (Dem. §. 78), Pylas Philippo tradidit ea conditione, ut sibi cum militibus suis discedere liceret. Ipse rex statim Pylas transgressus Phocidem summa vi et celeritate subegit. Quod quum Atheniensium legati in medio itinere Chalcide comperissent, statim vel omnes reverterunt (Aesch. II, 95) vel, ut Demosthenes auctor est (XIX, 60. 125.) Dercylum

\*) Non assentior Foemelio (in Mus. rhein. 1842.), alteram harum epistolarum, quas Demosthenes dicit, non diversam esse ab excusatoria illa epistola (Dem. XIX, 36.), quam legati secum Athenas attulerunt.

domum miserunt, ut eam rem populo nunciaret. Is igitur Scirophorionis die 27. Athenas redux factus concioni, quae tum forte in Piraeo erat, Phocensium interitum nunciavit, tantumque ea res tumultum excitavit, ut ex decreto Callisthenis mulieres liberosque ex agris in urbem transportari, Piraeum muniri, Heraclea intra urbis moenia celebrari iuberent (Dem. XIX, 86. 125. XVIII, 36 sqq. Aesch. II, 139.) bellumque viderentur redintegrari esse, ni eos et Philippus literis missis sedasset (Dem. XVIII, 39 sq. Cf. Boeln. p. 417 sq.) et ipsa periculi magnitudo in tanta sociorum inopia deterrisset. Ceterum inter ipsum tumultum (Aesch. II, 95. 139.) illi legati iussu populi ad Philippum ire pergunt (Aesch. II, 95. coll. Dem. XIX, 129.) unaque cum illis Aeschines restituta scilicet valetudine vel populi iussu, ut ipse contendit, vel, quod pronius ad fidem est (Dem. §. 126.), suo arbitrio ad Philippum profectus est. Nam quum Demosthenes eiuratum ab Aeschine legationem esse contendisset publicarumque fide literarum (§. 129.) confirmasset, quo tandem modo ab Aeschine refutatus est? Non eiuravi, inquit, legationem, sed fratrem eiusque filium cum medico ad senatum misi, qui malam meam valetudinem testarentur (τὴν ἀρρώστίαν μου δηλώσαντας). At idem Demosthenes narravit: ἀρρώστειν προσαίξεται, καὶ λαβὼν Ἐξήραστον τὸν ἰατρὸν ἀδελφὸς αὐτοῦ καὶ προσελθὼν τῇ βουλῇ ἐξώμοσεν ἀρρώστειν τοιούτῳ (§. 124), i. e. iureiurando interposito testatus est Aeschinem valetudinis ratione prohiberi, quominus legationem obiret. Verum enimvero οὐκ ἐξ ὁ νόμος τὰς ἐκ τοῦ δήμου χειροτονίας ἐν τῇ βουλῇ ἐξόμωσθαι (Aesch. II, 95.). Audio. Sed quum Aeschines in ea concione qua legatus creatus erat hoc munus non recusasset neque prius, quam in eo esset, ut legati proficiscerentur (ἀπὸ πάντων τῶν πρόσβειων §. 94.), recusare constituisset, dic mihi, quaeso, quisnam ille magistratus fuerit, apud quem legationi renunciandum esset? ane concionem convocandam fuisse autumas? at neque res tanti erat et tempus urgebat. Itaque res ad senatum pertinebat (χρεία γὰρ ἦν μετὰ τὴν χειροτονίαν τοῦ δήμου εἰσιέναι τοὺς πρόσβεις εἰς τὴν βουλὴν, ἵνα ἐπικυρωθῇ αὐτοῖς ἡ ἔξοδος schol. ad Aesch. II, 98.), isque suam rem agens, id quod Aeschines callide tacuit, fratrem Aeschini suffecit. Iam quum in concione, quae Scirophor. die 27. in Piraeo habita est, populus decrevisset, ut legati qui creati essent ad Philippum proficiscerentur, Aeschines illud decretum sic interpretatus est, quasi ad se, non ad fratrem suum pertineret (προσβείων ἡμῶς τοὺς ἐξ ἀρχῆς ἀρεθείας ἔπαντας §. 96.), et pro fratre, qui tamen in ipsius locum rite substitutus erat, profectus est. Itaque mea quidem sententia Demosthenes non odio in adversarium impulsus (Boeln. p. 417.), sed rei veritate motus Aeschinem nulla a populo aut senatu potestate data ad regem properasse contendit. Accedit aliud, quod Aeschinem male mendacem esse evincat. Demosthenem si audis (cf. XIX, 121.), legatio illa ad Philippum missa est; contra Aeschines ad Amphictyones sive ad concilium Amphictyonum (ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτυόνων) missam dicit II, 94. 132. 142. Verum ad quosnam Amphictyones missam credas? Sciropho-



rione enim mense, quo legatio creata est, Amphictyonum quidem concilium nullum fuit. Cum Philippo praeter Thebanos Thessalosque tum quidem Amphictyonum iure privatos (Dem. VIII, 65.) Locrenses fuisse scimus (XIX, 50, 62.), fortasse et Oetaei (Aesch. II, 142.) aderant. Cum his Philippus, etsi iam urbes Phocensium dimiserat (Dem. XVIII, 36. cf. Aesch. III, 80.), tamen quid de Phocensibus fieret, deliberat, statumtque Amphictyones convocare hisque totam rem tradere: ὁ δὲ βασιλεὺς ἄνευ μάχης ἀεελπίτως καταλίπας τὸν ἱερὸν πόλεμον ἀνιῶρεσε μετὰ τῶν Βοιωτῶν καὶ Θετταλῶν. ἐξῆρτεν οὖν συγκαταίγειν τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον καὶ τοῦτο τὴν περὶ τῶν ἄλλων διάγρῳσιν ἐπιτρέψαι. Diodor. Sic. XVI, 59. Ad hunc conventum, sive ordinarius fuit, quae Voemelii sententia est (in mus. rhen.), sive extraordinarius, quod e Diodori verbis Winiewski p. 116. collegit, in quo conventu decretum illud factum est de Phocensibus ex Amphictyonum numero eiciendis, de diruendis eorum urbibus conferendoque in Philippum amphictyonici iuris consortio et principe in ludis pythicis loco (Win. l. c.), Athenienses legatos non miserunt, ne Aeschinem quidem, quem, quum Philippi Thessalorumque legati Athenas missi populum ad comprobandum Amphictyonum dogma invitarent, Athenis adfuisse scimus (Dem. XIX, 111 sqq. cf. Boehn. p. 418.). Itaque Aeschines, quum nollet ad Philippum videri profectus esse, fortasse ne Phocensium stragem cum rege victore celebrasse crederetur (Dem. XIX, 128. cf. Aesch. II, 162 sq.), ad Amphictyones se missum esse\*) in eoque concilio pro Phocensium salute adversus Oetaeos contendisse simulavit (II, 142.), quum tamen, si quid in eam rem disputavit, id privatim apud Philippum et eorum populorum, qui cum Philippo se coniunxerant, Thebanorum, Thessalorum, Locrensium, principes fecerit necesse sit.\*\*)

Sed missis his videamus, quomodo Aeschines contra Demosthenem studuerit efficere, ut ipse non videretur Phocenses perdidisse. Exprobranti enim Demostheni (Westermanni verbis utor, v. p. 48 sqq.), quod nunciavit populo Thebanos a Philippo oppressum iri et quae sunt similia, nonne putas, si ficta esset criminatio, hominem ad negandum aequae atque ad conviciandum paratissimum omni contentione reluctari quam vel aliquantulum cedere maluisse? Quid autem respondeat, audi. Ἐγὼ γὰρ, ἰνquit, παρὰ Φιλίππῳ μὲν ὄν ἤξιῶσα, πρὸς δ' ἡμῶς ἔκων ἀπήγγελλον, ὅτι τὰς Θήβας Βοιωτῶν δίκαιον ἡγήμην εἶναι καὶ μὴ τὴν Βοιωτῶν Θήβας. τοῦτο οὐκ ἀπαγγέλλαι, ἀλλ' ὑποσχίσθαι με φησὶν §. 119. Tum paucis de Euboea interiectis: ταῦτα οὐ διεγῆσασθαι με φησὶν, ἀλλ' ἐπιγγέλλαι τὴν Εὐβοίαν παραδώσειν. ἐγὼ δὲ ὑπελήφειν δεῖν τὴν πόλιν τὴν διέξω τῶν ἄλλων μέλλονσαν βουλεύεσθαι-μηδενὸς λόγου

\*) Ὅτι Θεβαῖοι καὶ Θετταλοὶ καὶ Λοκροὶ ἀνήσαν τῷ Φιλίππῳ Ἀμφικτυόνες ὄντες ἐκ τοῦ οὖν μεριστοῦ τῷ κοινῷ ἰσχύει τῶν Ἀμφικτυόνων ἐσχίσαστο schol. Ceterum quomodo Kienius Aeschinem defendi posse opinetur, vid. in Zimmerm. epheimm. 1842. p. 1130 sqq.

\*\*\*) V. Voemel. in mus. rhen. 1842.

ἑλληνικοῦ ἀνήροον εἶραι. Non audet negare tale quid sese ad populum dixisse, modo consilium ac rationem negat. Quis autem non videt haec concedenti Aeschini, qui oratorie et exaggerare et diminuere omnia solet, omnia esse concedenda? Frustra aufugere studet, cum hoc quod est gravissimum breviter et quasi in transcurso perstringit, in sequentibus alia quaedam urget et copiose exponit, ex quibus, num vera vanis istis promissis populum deceperit an non, colligi nullo modo potest. Nam ut Demosthenes illud finxerit\*), quod in sua oratione dicit, se ab Aeschine et Philocrate impeditum esse, quominus mendacium illud dilueret (cf. Aesch. II, 121 sqq.); ut Philippus sua manu epistolam ad Athenienses scripserit (§. 124 sq. cf. Boehn. p. 408, 3.); ut iam ante Phocenses Atheniensibus et Lacedaemoniis diffisi sint (§. 132 sqq.): num hoc modo efficitur, ut Aeschines a Demosthenis criminatione liberandus esse videatur? Non efficitur, sed recte videtur Demosthenes contendere Aeschinem a Philippo corruptum cum Philocrate Phocenses eo perdidisse, quod populum vanis promissis consopiret. Ad hoc accedit aliud satis luculentum prodictionis indicium, quod Westermannus praetermisit. Quum enim Aeschines in secunda oratione id agat, ut nihil se pro rege pollicitum esse civibus persuadeat, in timarchea, quae ineunte Ol. CVIII, 3. ante, quam decretum illud Amphictyonum factum erat, habita videtur esse, plane contrarium dicit, ita ut ipse veram esse Demosthenis criminationem confessus sit: Φιλίππῳ δὲ τῶν μὲν διὰ τὴν τῶν λόγων ἐδρημίαν ἐπαυκῶ, ἐὰν δ' ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς πρὸς ἡμῶς ἔργοις γένηται, ὅσας νῦν ἐστὶν ἐν τοῖς ἐπαγγέλλασιν, ἀσφαλῆ καὶ ὑπέδειον τὸν καθ' αὐτοῦ ποιήσει ἔπιανον (§. 169.). Atque quod in ctesiphontea §. 79 sqq. contendere ausus est, Demosthenem, qui in pace facienda a Philippi partibus stetisset, post interitum Phocensium periculo sibi maxime et Philocrati ab irato populo imminente perterritum, tum etiam quod rixam quandam cum Philocrate de pecunia a Philippo accepta haberet, subito popularem factum et Philocrati reliquisque legatis perniciem molitum esse, quid aliud quam conscientia male factorum agitata suam culpam confessus est? Recte enim Westermannus p. 49. insigne hoc malignitatis documentum diluere operae pretium negavit esse, qui etiam hoc recte monuit, non posse Aeschinem propterea Macedoni favisse videri, quod ab eo novum atque meliorem rerum ordinem institutum iri exspectaret. „Vix enim, inquit, hoc exspectare potuit, qui Philippum, uti Aeschines, noverit.

\*) Mihi quidem hoc non videtur a Demosthene exaggeratum esse, quem non perditis demum Phocensibus, sed in ipsa legatione fraudem Aeschinis perspexisse hoc demonstrat, quod statim post reditum in senatu, deinde Sciroph. die 16. in concione, licet frustra, commissae fraudis indicium fecit. Neque enim in ea re Demostheni fidem denegaveris, cuius ille identidem et Ol. CVIII, 3. (cf. de pace §. 9 sqq.), quum apud omnes recens esset rerum gestarum memoria, et Ol. CIX, 1. (v. Phil. II, 29 sq.) et Ol. CIX, 2. (XIX, 44 sqq.) coram populo mentionem fecit. Quantam Aeschini fidem tum populus habuerit, intelligas e Phil. III. §. 11: καὶ παρ' ἡμῶν ἤρισον οἱ πολλοὶ Θεβαῖοι οὐ λυσιτελεῖσιν τὴν ἐκείνου παράδοσιν.

Sed ponamus hanc eum novi rerum ordinis a Philippo instituendi persuasionem induisse, cur numquam homo audax in rebus clandestinis ea, qua decet virum populari patriaeque amantem, sinceritate elocutus est, ne tum quidem, quum erepta iam esset libertas Graeciae civitatibus mortuusque Philippus, in ctesiphontea? Cur, si non ultro ad Philippi partes transiit, sed ab eo deceptus, hoc non ingenue confessus est rebusque male gestis consiliū, id quod sapientis est, mutavit? Ἐγὼ δ' ἐκείνους τοὺς λόγους ἐζήτην παρὰ τούτου, ἅπερ μὴ πεπρακὼς αὐτὸν ἦν. „ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐμοὶ μὲν χρήσασθε ὅ τι βούλεσθε· ἐπίστευσα, ἐξηπατήθην, ἤμαρτιον, ἠμολογῶ. τὸν δ' ἄνθρωπον ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι φυλάττεσθε· ἄπιστος, γόης, πονηρός. οὐχ ὄρατε οἷα πεποίηκεν ἐμέ; οἷα ἐξηπάτηκεν;“ τούτων οὐδένα ἀκούω τῶν λόγων οὐδ' ἤμεις. διὰ τί; ἢτι οὐ παρακρουσθεῖς οὐδ' ἐξαπατηθεῖς, ἀλλὰ μισθώσας αὐτὸν καὶ λαβὼν ἀργύριον ταῦτ' εἶπε καὶ προὔδωκεν ἐκείνῳ καὶ γέγονε καλὸς κάγαθος καὶ δίκαιος μισθωτὸς ἐκείνῳ, πρεσβευτὴς μέντοι καὶ πολίτης ἡμῶν προδότης καὶ τρις, οὐχ ἅπαξ ἀπολωλέναι δίκαιος.“